

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv  
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia  
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De  
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiæ In Generali, De Avxilio  
Sufficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiæ Dei

**Suárez, Francisco  
Mogvntiæ, 1652**

Liber Qvartvs. De Auxilio sufficiente, quid sit, quibusque, & quomodo ad  
libertatem voluntatis circa supernaturales actus necessarium sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)



LIBER QVARTVS  
D E. A V X I L I O  
S V F F I C I E N T E,  
QVID SIT, QVIBVSQVE DETVR,  
ET QVOMODO AD LIBERTATEM  
voluntatis circa supernaturales actus neces-  
sarium sit.

P R A E L V D I V M.



1.  
Cardo dif-  
ficultatis.

XPLICVIMVS haec-  
nus omnes tam habi-  
tuales quam actuales  
gratias, quibus Deus li-  
berum arbitrium ad  
bene operandum con-  
fortare excitat, & ad-  
iuuare solet, diuisio-  
nēque omnes quas D.  
Thomas & alij Theo-  
logi antiqui de vtraque  
gratia nobis tradide-  
runt, pro viribus de dorauiimus. Nunc tractanda  
succedit illa non minus antiqua, quam obscura  
difficultas, quomodo haec necessitas & efficacia  
gratia, præsertim actualis, cum libertate arbitrij,  
eiusque viu componi: & in concordiam  
redigi possit. Quod ex duobus punctis pen-  
det, vnum est, quomodo haec auxilia dent vo-  
luntati libera potestatem volendi: altius est,  
quomodo dent illi ipsum velle, duo enim ad libertatem  
necessaria sunt scilicet posse velle, & posse nolle,  
seu non velle, ideoque ut voluntas sit libera  
circa supernaturales actus, necessaria sunt auxilia  
qua volendi facultatem conferant, & qua  
dentia ipsum velle, ut potestatem nolendi non  
auserant. Ad vtramque autem explicandum data  
est à Theologis alia diuisio auxiliantis gratia in  
sufficientem & efficacem, quam licet antiquiores  
Theologi sub his terminis expresse, & forma-  
liter non tradiderint, rem ipsam in diversis locis  
frequenter, & propt occasiones occurrerant, do-  
cuerunt.

2.  
Propositum  
corum instantiam, & propter aliquas controv-  
er-  
sias etiam inter Catholicosca occasione subertas,  
tractando-  
rum.  
Hoc vero tempore, propter nouorum haereti-  
cū  
distributio-  
nem, & propter aliquas controv-  
er-  
sias etiam inter Catholicosca occasione subertas,  
illa diuisio expressius tradita & accutius decla-  
rata est; ideoque in hoc & sequenti libro circa il-  
lius disputationem & explicationem immorab-  
i-  
mus, in huius initio illam præmittendo, & deinde  
prius membra sufficientis gratia in eius discurso

declarando; de altero vero membro efficacisgra-  
tia in sequenti libro dicemus. Quoniam vero  
lib. 2. & 3. diximus auxilia gratia, tam ad natura-  
les actus bonos, quam ad supernaturales esse-  
cessaria, ideo diuisio haec respectu vtrorumque  
dari & intelligi potest: potissimum autem locum ha-  
bet in actibus supernaturales, & ideo in ordine  
ad illos eam explicabimus. Doctrina vero cum  
proportione de auxiliis etiam necessariis ad nau-  
rales actus intelligenda est, facilque erit legen-  
tibus illam explicare & accommodate, supponit  
principiis in superioribus positis. Nos itaque ne  
proliiores simus, in generali loquemur, vbi-  
tem aliquia differentia notatu digna occurserint,  
illam indicare non omitteremus.

C A P V T I.

An recte auxilium gratia in sufficienti, & suffi-  
ciuntur.

Rationes dubitandi esse possunt. Prima, quia vel hic diuiditur gratia actualis sola, vel habi-  
tualis sola, vel gratia dans vires voluntati ut ab  
proposito  
strahit ab vtraque. Primum dici non potest, quia carmine  
gratia actualis sine habituali non sufficit, neque  
efficac est, alias superflua est habitualis. Eadem  
que ratione potest dici secundum, quia multum  
sufficit habitualis gratia sine actuali, ut per se  
notum. Nec etiam dici potest tertium, quia par-  
vulus datur sufficientis gratia, & tamen non datur  
actualis, sed habitualis sola. Adulti vero habent  
sufficientem gratiam cum sola actuali sine habi-  
tuali, ut de infidelibus confat, inquit etiam efficacem  
possunt habere ad aliquas operationes sine ha-  
bituali gratia: ergo nullo ex dictis modis potest  
diuisum illius partitionis substatere, ac prouide  
neque ipsa diuisio.

Secun-

Secundò est similitudinē difficultas, quia vel ibi dini-  
ditur gratia excitans tantum, aut adiuuans tan-  
tum, aut utrāque simul: nihil autem horum vide-  
tur dici posse; ergo. Probatur minor quoad singu-  
lares partes: nā gratia excitans præcisè sumpta, num  
quā potest esse efficax, quia sine adiuuante non po-  
test in opus prodire, & si non operatur, efficax non  
est. E contrario vero adiuuans gratia nunquam  
est tantum sufficiens, quia semper operatur, vt suprà  
estimul est, & ita semper est efficax, & eadem ratione  
non potest h̄c diuidi aggregatum ex utrāque gra-  
tia, quia vbi gratia excitans & adiuuans simul con-  
currunt, semper habent effectum, & ita semper ex  
illis consurgit gratia efficax; ergo non datur locus  
sufficiens.

Vnde est tertia ratio, quia illa duo membra non possunt conuenienter distingui, nam in primis omnis gratia efficax est sufficiens, quomodo enim facit nisi sit ad efficiendum sufficiens. Respondebit aliquis sufficiens dicitur quia est tantum sufficiens id est, quia ita sufficit, ut nunquam faciat, sed contraria, quia vel gratia sufficiens numquam faciet, quia de se est ineficax, vel solum, quia voluntas non vult. Si primum dicatur, re vera illa gratia non est sufficiens, quia si de se est ineficax, de se est impotens; non ergo sufficiens: si vero dicatur secundum, sequitur gratiam reddi efficacem per liberum arbitrium, sub indegradatam non recte diuidi in sufficiens, sed deberet diuidi in eam, cui adiungitur liberum arbitrij cooperatio. Quarto argumentor in hunc modum, quia gratia sufficiens, vel includit omnem gratiam necessariam ad actum, seu ad vindicandum peccatum, vel ad salutem, aut illam non includit: si dicatur primum, illa gratia non est tantum sufficiens, sed etiam efficax, quia efficax gratia est una ex necessariis ad salutem. Si vero dicatur secundum, talis gratia non potest dici sufficiens, nam illa causa est sufficiens ad aliquem effectum, quod ad minimum includit necessaria ad producendum talem effectum; non ergo apparet quomodo possint illa membra distingui.

Hanc partitionem videntur olim Semipelagiani abhorruisse ex parte illius membra gratia efficacis. Cum enim Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 11. 12. & 13. aliis verbis illam tradere visus esset dicere vim esse gratiam qua dat homini bene operari, aut perseverare, si velit; aliam vero esse quae dat ut perseveremus, vel non peccemus, aut bonum velimus, illis maximè dislicuit, ut Hilarius in Epist. ad Augustinum refert, dicens, *Moleste ferunt illa diuina gratiam que vel tunc primo homini data est, vel nunquam datur, ut ille acceperit perseverantiam, non qua feret ut perseveraret, sed sine qua per liberum arbitrium perseverare non posset: nunc vero Sancta ad regnum predestinatis non tale adiutorium perseverantiam detur, sed tale ut ei perseverantiam ipsa donetur, non solum ut sine ipso dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Hec enim sunt verba Augustini, in quibus illa diuisa contineri visu est, & ideo illam moleste tulerunt Semipelagiani, quia purabat iuxta illa duo gratia membra quibusdam fieri impossibilem viam salutis, quia non datur eis gratia qua perseverent; alii vero imponi necessitatem salutis, quia datur gratia qua non nisi perseverantes sint.*

His etiam temporibus diuiso hac ex eodem capite aliquibus impugnata est, præfertimque contra illam ex professo scriptit Paulus Bennius, Theogonus Patavinus, in libello quem ad dirimendas controvieras de auxilio sufficiente & efficaci scribit. Credidit enim non melius dirimi posse, quam diuisionem hanc de medio tollendo: nam illam diuates si nouant, & à Scriptura diuina, & à Patrio-  
bus alti magis, occasione nō dissentienti, inter se  
Fr. Suarez de Gratiæ Pars 11

Catholicis tribuisse. Et in hanc sententiam allegat Osonium lib. 7. de iustitia , vbi prope initium in hanc diuisionem inuehitur , quamvis si attente legatur , non tam diuisionem , quam indebitum modum illam intelligendi , & interpretandi improbare videatur. Allegat etiam Ioannem Anton. Delphum in lib. de iustificat. inter explicandas gratiae partitiones , & Cœlium lib. 2. Instit. cap. 3. lib. 4. cap. 24. qui negant hanc diuisionem ex altera parte gratiae sufficientis , dicit enim facultatem consequendi falutem nulli promitti , vel dari , nisi illi , qui efficaciter illuminantur & saluantur , & loquitur consequenter cum efficacem gratiam ponat in motione necessitante voluntatem , ut infra videbimus.

Nihilominus tamē negari non debet, nec potest,  
quoniam illa diuīsio in aliquo vero sensu bona & neceſſaria sit: oportet tamen verborum ambiguitatem tamē est, cauere ne diuīsio malē intellecta errandi occasio ſed explicabit, & imprimis vox illa efficax est equivoqua: interdūcitur a verēnīm dicitur causa, vel principiūm efficax in actū primo tantū, quia vim actiūam habet potentissimam ad effectūm præstandūm, quantum est ex ſe. interdūcitur vero ille terminus efficax inuoluit non tantū actūm primum, ſed etiam ſeundū, ſic dicitur causa efficax, quia non tantū vim habet, ſed etiam in ſe ipſa confequitur effectūm. Priori modo poterit auxiliū gratia efficax, licet actū non faciat intentum effectūm, quia de ſe efficaciam habeat, & ſic minima charitas dicitur efficax ad vincēdā omnia peccata, licet illa effectū non vincat, & hoc modo ſepe Parres vocant gratiam Dei efficacem, vt in ſequentibus videbimus, & ſumitur ex verbis D. Pauli ad Hebr. 4. viiūs enim effermo Dei, & efficax, & penetrabilis omnigladio ancipe, &c. non potest autem in hoc ſenſu ſum in hac diuīſione, quia hoc modo auxiliū ſuficiens est efficax de ſe, quia quantum est ex ſe, potestatem habet & efficaciam in actū primo, respectu effectūs per illud intenti.

Sumitur ergo in praesenti illa vox efficax posterior modo: sic enim dicitur vocatio efficax, quæ consequitur effectum: sicut dicitur oratio efficax, effectus, quæ imperat postulatum. Constat autem causam quomodo sic efficacem esse etiam sufficientem, quia non consumenda. sequeretur effectu nisi ad illud esset sufficientis, sicut, dixit Dominus Paulo, suffici tibi gratia mea, virtus in infirmitate perficitur, 2. Cor. 11. gratia enim illa, quæ dabatur Paulo ad stimulum carnis superandum, & ad proficiendum in infirmitate, efficax profecta erat, & effectum consequebatur, & nihilominus merito dicitur sufficientis contra aduersarium, quod est idem Paulus ait 2. Corinth. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Verissimum est de sufficientia quæ coniunctam habet efficaciam, & ita allegatur in Poncilio Aranciano cap. 7. licet posset etiam de quacumque intelligi. Ut ergo gratia sufficientis ab efficaci distinguatur, necesse est, ut illud sufficientium præcisione sumatur, significetque gratiam ilam, quæ licet sufficientis sit, ac proinde efficax in etu primo, nihilominus tamen sufficientis permanet, & effectum non consequitur. Efficax autemicitur quæ non solum est sufficientis, sed etiam effectum operatur. Vnde autem habeat sufficientis ultra ingrediatur, nec consequatur effectum: efficax vero habeat actum operari, in discursu huius & quentis libri exponentum est, in hoc enim tota facultas huius materia posita est.

Oportet adiuntem vterius hoc loco auertere auxiliuum gratiae, de quo tractamus, dari voluntati ad operandum, unde comparari potest, vel ad effectu, ciens, & censu ad actum voluntatis, vel ad voluntatem ipsam; fixas quo- & priori quidem modo, scilicet respectu actus pro-modo di- cedunt recte omnia que in praecedenti punto a-finguntur. nimaduertimini. Diciturque more loquendi

Augustini, Auxilium sufficientis quod dat potestatem efficiendi actum; efficax verò dicetur quod nō datur tantum posse, sed etiam facere. Et hoc modo distinguit sacerdotem D. Thom. Christi meritū, vel quod ad sufficientiam, vel quod efficaciam, & in 3. d. 13. quæst. 2. art. 2. quæstiunc. 1. ad 5. & d. 19. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. art. 2. quoad sufficientiam enim vocat, id est, quoad effectum, ut explicat 3. part. q. 79. art. 2. ad 3. quia verò, ut dictum est libro præcedenti, per auxilia gratiæ non solum facit Deus actus voluntatis nostræ, sed etiam inducit voluntatem ad voluntum, & facit ut velit & faciat, ideo etiam respectu voluntatis nostræ potest auxilium sufficientis, & efficacis denominari. Diciturq; sufficientis quod de se inducit & mouet voluntatem ut efficiat si velit, ipsa autem voluntas non vult. Efficax autem dicitur quando ita inducit voluntatem, ut cum effectu consensum ab illa obtineat. Et quamvis isti duo respectus sacerdotis coniungantur, nihilominus nō sunt confundendi, quia distincti sunt & separabiles: nam in actibus malis auxilium generale per modum concursus distingui potest, priori modo in sufficientis & efficacis, ut per se patet, quia ei qui nō peccat, præbet Deus de se sufficientem concursum, ut actum, qui est prauus, facere possit si velit: ei autem qui peccat etiam efficacem concursum præbet, dando non tantum potestatem, sed actum, & tamen posteriori modo non habet locum diuino in actibus malis, quia Deus nec sufficienter, nec efficaciter ad illos inducit, neutroque modo facit ut illos faciamus; sed hoc est maximè proprium auxilium gratiæ. Et ideo in hoc posteriori sensu præcipue intelligitur diuino, licet etiam in priori procedat.

4. Probatur diuino gratia sufficientis, & efficacis.

Gratia sufficiens ex 8. Scriptura.

1. Gratia sufficiens ex 8. Scriptura.

Sic ergo terminis explicatis probatur primum ex Scriptura diuino, quare res per illa membra intenta præcipue in Scriptura dicetur: nam in primis auxilium sufficientis traditur in omnibus locis, in quibus hominibus imputatur quod non operatur ea, quia ad salutem pertinent, cum per auxilium Dei possunt, quod enim auxilia gratiæ dent voluntati humanae potestatem ad supernaturaliter operandum probant illa verba Ioannis 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, & illa Christi, sine me nihil potest facere, Io. 6. & illa Pauli, sufficientia nostra ex Deo est, 2. Corinth. 3: quare à Deo habemus posse cogitare sicut oportet, ut ibi notat D. Thomas, & sacerdotis in superioribus dictum est. Item 1. Corinth. 10. Fidelis Deus qui non patietur vestimenti ultra id quod potest, quare nimis sine illius auxilio non possumus, ipse autem non negabit auxilium quo possumus tentationi resistere. Vnde etiam illud ad Philippens. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Deinde hæc auxilia sacerdotis dare potestatem sine operatione, quare momo consentire non vult in Scriptura frequenter assertur, Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit, & Ioan. 15. Si non venissem, & loquutus sis nūfissem; peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de pescato suo. & infra, si operari non fecissem in eis, quia nemo alius fecit, peccatum non haberent, vsque ad illud, ut impletatur sermo qui in lege eorum scriptus est, & ideo me habuerunt gratiæ, vbi ponderanda est illa particula, gratiæ, quæ aperte significat ex suo arbitrio voluntate præstatissime diuino auxilio de se sufficientissimo. Quod etiam satis conuincunt illa verba, nunc autem excusationem non habent: nam si ex parte Dei aliquid necessarium defuerit quod in hominum illorum potestate non esset, haberent planè excusationem de peccato suo. Quapropter licet Christus Dominus exteriora tantum auxilia commemoret, sub illis comprehendit interna, quæ medio verbo Dei tamquam organo diuinæ virtutis tribuitur. Ita ergo Christus ad aures corporis loquebatur, ut etiā cor excitaret, quia viuus est sermo Dei & efficax, ut dixit

Paulus, & ita Christus faciebat signa & virtutes coram Iudeis, ut etiam illorum mente illuminaret, ad vim illorum intelligendam, si per eos non fuerit, alioqui excusationem haberent de peccato suo; quia externa obiecta ostendunt tantum veritatem, non tamen dant homini potestatem intelligendi & credendi sicut oportet, nisi ad sit internum Dei auxilium, si ergo hoc interiū si omnino defuisse illis hominibus excusationem profectò haberent: cum ergo Christus dicat non habuisse excusationem, profectò declarat illa opera & verba externa habuisse coniunctum, vel paratum auxilium internum, quia non habet ab ipso dicebantur, vel siebant, sed ita ut possent cor illuminare & immutare.

Et ideo dicebat Stephanus ad Iudeos Act. 7. Vbi semper Spiritui sancto resistis, quia non solum externa Christi & Apostolorum, & Prophetarum prædicationi, sed interna etiam Spiritus sancti spirationi resistirunt, ut in eodem sensu dixit Matth. 11. Vt tibi Corozain, vti tibi Berthasida, quia si in Tyro & Sidona factæ essent virtutes, que factæ sunt in vobis; & infra, Vruramam dico vobis, Tyro & Sidoni remissus erit in diuinitatem, quām vobis. Hinc enim constat auxilium illud datum Iudeorum populo fusse de se sufficientis, licet effectum non haberet, ut ponderat Augustinus in Enchirid. cap. 95. vnde hanc gratiam supponit Petrus 2. Can. c. 1. cū dicit, Datque, ipsa bona opera certam vestram vocationem & electionem faciat.

Denique quod ex parte huius desit cū conferri huiusmodi auxilium, etiam si in homine non habeat effectum, testatur ipse Deus, dicens per Ieremia cap. 5. Quid amplius debet facere vince me; & non fac. Osee 12. Perditio tua Israele te quasi dicat, tibi soli attribue perditionem tuam, quia ex parte mea nihil deficit, & hoc est quod subiungit; tantummodo in me auxilium tuum, vtique sufficientis: nam si esset deficiens, ex ea parte non Israeli, sed Deo esset buenda Israels perditione. Et ideo Sapiens Ecclesiast. cū iustus dixisset, Qui timet Deum, facit bona, & qui continens est iustitia, apprehender illam, & c. de peccatoribus verò addisset, homines stulti non apprehendunt illam, & c. adiungit, non dixeris per Deum absit, si diceret, si cares iustitia, non dicas per Deum mihi absit, non enim per Deum stat quod illa absit, sed per te, & ideo non potest Deo imputari iniuriam tua, ut notauit Augustinus de grat. & lib. arbitri. cap. 2.

Alterum membrum de gratia efficaci si generaliter sumatur pro gratia, non tantum dante potestatem, sed etiam faciente in nobis ipsum velle; seu dantem actum, & operationem, iuxta mentem Augustini lib. de grat. & liber. arb. cap. 14. & 17. probatur omnibus illis locis, quibus hic effectus tribuitur gratia Dei, ut cū Paulus ait ad Ephes. 2. Gratia ejus salutis per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei est, vbi non solum posse iustificari, aut credere, sed ipsum iustificari & credere, dicitur enim donum gratia, ergo illa gratia quæ illos effectus in nobis facit, est efficax; vnde subdit, Ipsi sumus factura creati in operibus bonis, quæ preparabit Deus ut in ipsis ambulenuis; ipsum ergo bene operari est in nobis ex efficaci gratia Dei, nec solum operari, sed etiam velle, dicit enim Paulus ad Philipp. 2. Deus enim est qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate; vtique ipsis Dei gratiis & pro sua benevolencia nobis tribuens auxilium efficax bona voluntatis, & non tantum possibilis: vnde cap. 1. non solum opus, sed etiam initium & consummationem operis gratiæ tribuit, dicens, qui cepit in vobis opus bonum, ipse perficiet usque in diem Christi Iesu.

Si autem strictius & proprius sumatur auxilium efficacis, non solum respectu effectus, sed etiam respectu voluntatis, seu hominis operantis, probatur in

in primis ex illis locis, in quibus non solum dicitur Deus facere nostra bona, sed etiam facere, ut illa faciamus. ut, autem in hac loquutione caueatur a quicunque, considerare oportet hunc loquendi modum, Deus facit, ut faciamus, duplice posse habere sensum, unus est, quia quantum est ex se facit ut nos faciamus, inducendo, suadendo & voluntates nostras inclinando, & hoc modo vere dicitur Deus facere ut faciamus, licet re ipsa & cum effectu nos non respondeamus, nec faciamus: si quis tamē attente considereret, tota illa Dei actio tantum dat nobis posse, vel ad summum posse cum facilitate, inclinatione & suavitate, & ideo tota illa motio & attractio intra limites gratiae sufficiens filtere potest; alius ergo sensus illius locutionis est Deum non solum quantum est ex se, sed etiam per & absolute facere ut faciamus, & tunc significatur gratia quae non tantum dat posse, sed etiam facere, nec solum dat ipsum facere concomitantem, sed etiam quali praeponendo & præapplicando potentiam, ut omnino & infallibiliter faciat.

In hoc igitur sensu aliqui Scholastici nolunt auxiliū efficacis gratiae admittere, propter difficultem eius & sufficientiam, quam cum libertate arbitrii habere posse videtur: nos autem talem efficaem gratiam supponimus, & etiam diuisiōne admittimus ex mente D. Augusti, qui ex sequentibus locis Script. illam colligit. Primum ex illo Ezechiel. 11. Cor nouum & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum, & auferam eorum lapidem de carne eorum, & dabo eis eorum carneum, ut in præceptu meū ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operentur, quia promissio absoluta est, unde per eam non solum potestatem operandi, sed etiam operationem ipsam Deus promittit, ut faciendam ab homine ex efficacia spiritus, quam Deus promittit. Præterea de hac efficaci gratia intelliguntur ab Augustino lib. de grat. & liber. arbit. cap. 5. illa verba, Conuerte nos Domine, & conuertemur, & Ierem. 31. & illa Psal. 84. Conuerte nos Deus salutaris noster, & famula, & verba Christi Ioh. 6. Omnis qui audiuit a patre, & dicit, venit ad me, id est, omnis qui ita audiuit ut discat. Item illa, nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Item ea, omne quod dat mihi Pater, ad me venit. Hæc enim verba significant infallibilem effectum illius gratiae, per quam Deus dat Christo illos quos vult esse particeps gloria eius, nam quos sic dat, venient, quia non efficaciter facit illos venire, & ad hoc ponderat Augustinus, Christum Ioh. 15. non solum dixisse, sine me nihil potest facere, sed etiam dixisse, non vos elegi, sed ego elegi vos, ut fructum afferatis, & fructus vestri maneat. quibus verbis significare vult Christum non solum potestarem dedisse, sed etiam effectum.

Et hoc ipsum indicant omnia Scripturæ loca, in quibus dicitur Deus peculiari quodammodo vocare, vel custodire aliquos, ut recte agant, vel ne peccent, ac tandem ut saluentur. Huiusmodi est illud Christi Ioh. 10. vbi de oibis suis ait, nemo rapiet eas de manu mea, & illud. Matth. 24. ut in errorem inducans fieri potest, etiam electi, illa enim inter polita conditio significat non posse fieri, quia Deus suo efficaci auxilio protegit illos. Ad quod etiam pertinet illud, sed propter electos breuiabuntur dies illi, & sic etiam optimè intelligi potest illud. Luca 14. compelle eos utire, vbi gratia efficax faciens hominem intrare Ecclesiam, per metaphoram compulso vocatur, non quia et vera hominem cogat neque ad fidem trahi-

tur, nisi volens, sed quia efficaciter facit hominem velle credere. Denique hac ratione dixit Paulus ad Roman. 9. ut Augustinus exponit, Non est volens, neque currentis, sed Dei misericordia, quia licet homo vere ac libere velit, & currat per viam mandatorum, tamen specialiter tribuitur hoc soli Deo, quia ipse filius potest ita mouere & trahere hominem auxilio suo, ut faciat illum velle & currere.

Præterea eodem modo potest hæc decisio colligi ex Con. illis, nam ubique docent dari nobis gratiam, qua possumus credere, sperare, &c. & in viuus salutem operari, vel consuequi, si velimus, docent gratiam sufficientem; quotiescumque vero Deum nos conuertere & facere diligentes, penitentes, &c. docent gratiam efficacem; de sufficiente ergo auxilio loquitur Concil. Auras. Can. 7. quatenus dicit per inspirationem spiritus sancti dari nobis, ut possumus credere, &c. similia habet Can. 8. & Can. 13. quatenus dicit arbitrium infirmatum per lapsum primi hominis per gratiam reparari, & cap. 19. quatenus dicit, sine gratia non posse hominem vel reparare salutem quam perdidit, vel custodire quam riceperit, & cap. 25. quatenus ait, omnes baptizatos Christi auxiliante posse, si velimus, quia ad salutem pertinent adimplere. & eodem modo sumitum haec gratia ex Concil. Mileuitano cap. 1. dicente per gratiam iustificationis dari nobis adiutorium, ut non peccemus, seu ut possumus non peccare, ut dicitur cap. 3. præterea Concil. Trident. cap. 5. gratiam sufficientem describit, dum dicit hominem sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram Deo non posse, præuentum autem inspiratione spiritus sancti posse, si veit cap. 11. dum docet præcepta Dei non esse ad obseruandum impossibilia, quia cum diuino auxilio, quo Deus nos adiuvat, id præstare possumus, & Can. 18. eodem modo definit homini sub gratia constituto possibile esse seruare mandata, & Can. 22. iustos cum speciali auxilio Dei posse perseverare si velint.

De efficaci autem gratia loquitur Concilium Auras. cap. 3. cum dicit gratiam facere ut inueniatur a nobis, & Can. 4. dum ait per spiritus sancti inspirationem fieri ut a peccato purgari velimus, vbi adducit illud Philipp. 2. Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate; & Can. 5. dum ait, voluntatem credendi fieri per inspirationem spiritus sancti, corrigens voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem. & Can. 9. dum ait, dicens esse munera quoties bona agimus, quia Deus in nobis arque nobiscum ut operemur & operatur. & Can. 20. dum ait, nullum ab homine fieri bonum quod non preferat Deus ut faciat homo; sic etiam Concil. Mileuitanum dicit, per gratiam nobis præstare ut quod faciendum noverimus, etiam facere diligamus. Concil. autem Trid. maximè cap. 13. & Can. 16. & Can. 22. nam in hoc ultimo dicit dari omnibus iustis auxiliis quo perseverare possim, quia Deus non deserit illos, nisi prius dejeatur ab eis. At non omnes iusti perseverant, ergo est illud auxiliū in multis tantum sufficiens; in prioribus vero locis docet, illis qui perseverant, dari magnum perseverantie donum, quo cum effectu perseverent, in quo clare gratiam efficacem agnoscer cap. 16. dicens omnia bona merita esse Dei dona, & in Deo fieri per virtutem gratiae quæ talia opera antecedit & concomitantur. Satis etiam aperte docet gratiam efficacem ad bona opera quæ cum effectu sunt; gratiam autem efficacem quia Deus facit nos facere, indicat in cap. 5. adducens verba illa Ierem. Conuerte nos Domine, & conuertemur, quibus præueniri nos Dei gratia conuenit.

Viterius potest hæc distinctione ex Patrum sententiis desumit, & quidem ad probandum prius Ex Patribus membrum gratiae sufficientem non oportet multa & imprimis

ex Dico  
Augustino.

ex Patribus congerere, nam ubi cumq; dicunt posse hominem pergratiam Dei saluari, si velit, etiam si non saluetur, sufficientem gratiam in re ipsa docent, licet pauci his terminis videntur. In sequentibus autem capitulis probabimus ex doctrina Patrum hanc gratiam qua saluari possumus, nullis hominibus negari. De illa vero specialiter loquitur Augustinus lib. de grat. & libero arbitrio cap. 15. vbi tractans verba Eccles. 15. quæ sic legit iuxta LXX. Si volueris seruabis mandata, ad hoc valere dicit, vt homo qui voluerit, & non poruerit, nondum sepe nre velle cognoscat, & oret, vt habeat tantam voluntatem, quanta sufficiat ad implenda mandata, sic quippe adiuuatur, vt faciat quod iubetur, tunc enim vnde est velle cum possumus, & tunc vnde est posse cum volumus, nam quid prodeat si quod non possumus, volumus: aut si quod possumus, nolumus, Agnoscit ergo Augustinus quæ dat posse, cum quia nihilominus homo non vult, illa ergo est sufficiens, & de eadem loquitur lib. 2. de peccat. merit. cap. 15. cum querit, cum voluntate humana gratia adiuuante diuina sine peccato (vnde que mortali) in hac vita posse homo esse, cur non sit, & responderet, possem faciliter & veracissime respondere, quia homines nolunt: habet ergo gratiam sufficientem quæ possunt & nolunt; gratiam autem non solum efficacem, sed etiam efficacissimam nominat Angust. lib. de grat. & lib. arb. cap. 5. cum Paulo dicit datam fuisse efficacissimam vocationem, & lib. de grat. & lib. arb. cap. 16. Ceterum est (inquit) nos facere cum facimus; sed ille facit, vt faciamus dans vires efficacissimas voluntati, & libro primo contra duas epistolulas Pelagian. capite vigesimo etiam generaliter dicit Deum efficacissime hominum convertere voluntates, & lib. de corrept. & grat. cap. 5. hanc gratiam vocat occultissimam & potentissimam medicinam, seu potestatem quæ homines ad salubrem penitentiam perducit, & alius locis generaliter ait ad omnipotentiam Dei pertinere quo voluerit, quando, & vti voluerit humanam vertere voluntatem, vt dicit in Enchir. cap. 98. & lib. de grat. Christi cap. 24. & 25. & de gratia & libero arbitrio. cap. vigesimo, & vigesimo primo quod censet facere Deum per gratiam præuenientem efficacem.

Denique distinctionem ipsam integrè tradit in dict. lib. de corrept. & grat. cap. 11. & seqq. vbi duplex distinguit auxilium, vnum sine quo peccatum caueri, vel bonum opus fieri non potest, & cum illo fieri potest, si homo velit. Aliud quo datur vt bonum opus fiat, vel peccatum caueatur, & primum dicit esse datum Adamo ante peccatum, non secundum: Istan gratiam (inquit) non habuit primus homo, quia nunquam vellet esse malum, ecce efficacem; sed sine habuit in qua si permaneret vellet, nunquam malum esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio saluus esse non posset, ecce sufficientem, quod iterum sic describit. Tale erat adiutorium quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet, non quo fieri vt vellet, in qua ultima particula insinuat etiam auxilium efficacem esse illud quo sit vt homo velit. & infra dicit hoc esse potius auxilium, quia per illud non solum datur homini vt posset in bono permanere, si velit, sed etiam efficitur vt velit; & infra inde probat non recipisse Adam tale auxilium. Nam si habuisset (inquit) perseverasset, eandemque doctrinam late prosequitur cap. 12. vbi in fine loquens de gratia efficaci data hominibus lapidis ad perseverandum, inquit, Subuentum est infirmitati voluntatis humanae, vt diuina gratia indubitate & inseparabiliter ageretur, & ideo, quia non infirmitas, non tamen deficiet, nec aduersitate aliqua vinceretur.

Atque de hoc genere subtilijs videntur certè loqui Cyril. de Adorat. in spiritu, circa medium, vbi expendens quod Genes. 19. de Loth. dicitur, & ap-

prehenderunt Angelii manum eius, &c. inquit, indicium tibi sit valde manifestum dum non solis verbis nos existimatis, & adhortationibus menti immisisti, vt discendas peccato, sed tantam benignitatem nobis etiam exhibet universorum Saluator Deus, vt efficaci subfido adiuuat, secundum quod scriptum est: Apprehendisti manum dexteram meam, & in consilio tuo deduxisti me. quod magis declarat sententiam Augustini explicantis efficacem gratiam per propositum voluntatis Dei, in re tamen in idem reddit, quia Deus omnia operatur secundum confluxum voluntatis sua, vt Ephes. 1. Apostolus ait. Pergit Cyrillus, & vtrumque auxiliundi modum declarat, dicens: nam quoniam homini natura non valde generosa est, nec satis idonea, vt malum effugere queat, simil quodammodo nobiscum certat Deus, & duplex beneficium concedere viderit, perjudicis demonstrationibus, vt subdum inueniamus, & fortius illud praestans, quam vt malum praesens, & violentum proualere posset. Vnde inferit difficile inueniri hominem fidelem, id est, fiducier & constanter Deo seruientem. De illo tamen subiungit. Veritatem, quia tali effectu, & diuina gratiam non perficitur est assequitur. Vbi illos indicat gratiam perfunditorie assequi, qui tantum suscipientem accipiunt, illos vero efficaciter, qui cum illa strenue dicunt: quos eriam electos vocat, de quibus testimonis plura in lib. sequenti.

Vltimum possumus decisionem hanc ratione declarare: quia cum gratia sit hominibus necessaria ad salutem consequendam, ad opera salutis prestantia, necesse est ita illi tribui, vt possim saluari, & opera salutis operari, alias illis non posset imputari, etiam si ea non facerent, vt optimè dicit Aug. dict. l. de corrept. & grat. c. 11. & 12. At vero hæc gratia in omnibus non habet effectum, vt experientia notum est; ergo datur aliqua gratia purè sufficientis, sufficientis quidem, quia dat absolutam potestatem, purè autem, quia non consequitur effectum, & hæc significamus nomine auxiliij sufficientis simpliciter dicti, vt iam explicauimus; in aliis vero hæc gratia habet effectum bona voluntatis, & perseverantia in illa, vt supponimus tamquam notum: ergo talis gratia in effectu consequitur, & effectus intendit, ergo & est, & recte dicitur auxiliij efficacem, tum quia efficacem, tum etiam, quia obtinet ab homine & libero arbitrio, vt faciat. Nam gratia ad virum que necessaria est, & propriæ virumq; datur, vt ex dictis in libro præcedenti constat, & ideo quando homo per illam operatur, ipsa vitroque modo est efficacem, vt latius in sequenti libro declarabitur.

Et confirmatur primò, quia hominibus iustis debetur auxilium sufficientis ad perseverandum, vt tanquam connaturale gratia, vel tanquam debitu ex merito de condigno, si iustus faciat quod potest ad illud obtainendum, ideoque omnibus iustis datur tale auxilium: at vero auxilium efficacem perseverantem neque omnibus debetur, neque omnibus datur, neq; sub merito de condigno cedere potest; ergo quoad effectum perseverandi necesse est distinguere auxilium sufficientis & efficacem, idemq; est cu proportione de auxilio ad vincendas tentaciones, & similia. Confirmatur secundò, quia quotidie in oratione perimus a Deo auxilium gratiae, non solum vt possimus, sed maximè vt etiam velimus & faciamus: quæ orationes & in Scripturaliis allegari, & in vñ Ecclesiæ sunt frequentes; ergo postulamus non solum sufficientis auxiliij, sed Bocca etiam efficacem, nam sensus illarum orationum est pro presentationis, & tantum auxilium, vt contineat, ita obtemperamus, vt ad eum conuertamur, quod sat significat. Ecclesia in verbis cuiusdam orationis, Et ad te nostrarum & rebelles compelle propitiis voluntates, & in alia sic habet, Deus refugium nostrum, & virtus ad-

et opere Ecclesia tua precibus auctor ipse pietatis, & presta ut quod fideliter perimus, efficaciter consequamur, quid est enim, efficaciter consequamur, nisi ut Deus in nobis efficaciter operetur.

Etenim primo tomo Conciliorum in ordine celebri Concilium ab Isidoro collectum, statim prope initium habetur oratio, in qua sanctus Spiritus inuocatur, ut adsit, & prius postulatur ab illo gra-

tedem in tia sufficientis, his verbis. Dignare illabi cordibus nostris, Concilium dace nos quid agamus, quod gradiamur, & ostende quid efficeremus, ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. Deinde petitur gratia hoc modo. Ego saluus & suggestor iudiciorum nostrorum, & infra clarissimus, tunge nos tibi efficaciter solus tua gratia dono, &c. quia oratio ferre eisdem verbis repetitur in 4. tomo Conciliorum, in quodam tractatu, Quomodo initienda sit Synodus, que habetur post Concilium Saleguntiadense, quod Concilium tempore Benedicti VIII. celebratum est, & ideo fortissime quidam vir doctus illam tribuit eidem Pontifici Benedicto, cum tamen nulla eius acta in Concilii, vel Pontificis epistolis habeamus, nec ipse adfuerit Concilio Saleguntiadensi, nec in illo de modo celebri Concilium actum sit, nec constat quis fuerit auctor illius tractatus, qui in 4. tomo Conciliorum habetur, nisi quod à Burchardo refertur, & illi Concilio adiungitur. Verius tamen est & ordinem illum & orationem esse antiquiorum cum ab Isidoro referatur.

Ex istis & similibus rationibus conuincitur Ecclesia illa divisa, quia non postulat Ecclesia à Deo nisi rationibus vera auxilia, quia à Spiritu sancto dari possunt; & Dei pro-solent, & simili argumento vtrius se Augustinus in operationibus Ang. Deus illuminet infideles, ut possint credere, sed etiam, ut ex non credentibus credentes siant, & similiiter sumere solet argumentum ex promissionibus Dei, quibus non solum auxilia, quibus homines possint credere, sed etiam fidem ipsam promittit; sicut enim ait dicto. lib. de praedest. Sanct. cap. 10. cùm Deus promisit Abraham in semine eius fidem gentium, id promisit, quod fuerit ipse facturus, non quod homines: nam eis faciunt homines bona que pertinent ad conditum Deum, ipse facit ut illi faciant quod precipit, non ipsi faciunt ut ille faciat quod promisit. Satis ergo ex his omnibus divisio haec fundata & comprobata est. In rationibus autem dubitandi in principio positis multa peruntur, nimirum, quod brillius partitio- nis diuisum, quid sit Auxilium sufficientis, & unde habeat, quod tale sit, & in quo ab efficaciter distinguiatur. Sed hoc ultimum vix potest vsque ad sequentem librum exactè declarari. Cetera vero in sequentibus capitibus prosequentur.

## CAPUT II.

Vrum auxilium sufficientis non solum homini sit necessarium ut possit operari, sed etiam ut possit operari, sed etiam ut operetur, aliquo modo tribuat.

**R**atio dubitandi esse potest, quia si auxilium sufficientis illa omnia conferret, non solum dare posse, sed etiam operari, & ita non distinguetur ab efficaci; quia nihil amplius auxilium efficax dare potest. Consequens est fallum, ut vidimus; ergo necessariò dicendum est auxilium sufficientis dare necessaria ad operandum, sed tantum ad non dare necessaria ad operandum, sed etiam ad operari, & confirmatur, quia ad operari, non est solum necessarium auxiliū prouerbiū, sed etiam cooperans; ergo si auxilium sufficientis daret necessaria ad operandū daret etiam au-

xilium cooperans: hoc autem repugnat distinctio- ni date, & eius explicatio: nā auxiliū cooperans non est nisi quando est ipsa operatio, iuxta dicta in praecedentib; libro; ergo si auxilium sufficientis includit cooperans, nunquam ab operatione separatur, quod est contrarationē auxilij tantum sufficientis.

Vt sensus huius quæstionis & punctum diffi- cultatis melius percipiatur, duo sunt in auxilio sufficientis distingua. Vnum est quid per se & <sup>Duo in gra-</sup> ria sufficientis conferat potentia, v.g. voluntati. Aliud <sup>te notanda.</sup> est quasi proximus finis, propter quem datur, nam illud prius pertinet quasi ad effectum formalem auxilij; hoc autem anterius spectat ad effectum in genere cause sufficientis, est enim auxilium veluti forma quædam indita potentia, & ideo necesse est, ut aliquem effectum formalem in illa habeat, & quia datur tanquam forma operativa, propter aliquam operationem datur, quam non formaliter, sed efficienter conferre potest: sicut grauitas formaliter confert pondus, seu inclinationem ad inferiorum locum, motum autem effectuē: unde effectum formalem huius auxilij omnes conueniunt esse priorem operatione, & separabilē ab illa, quia tunc auxilium dicitur tantum sufficientis, quando ex illo sequitur operatio, etiam si cetera habeat quæ ad sufficientiam requiruntur. Hinc conueniunt omnes hoc auxilium dare posse illud opus, propter quod datur, quia sine auxilio spiritus sancti pie operari non possumus, vlib. 3. ostensum est, cum auxilio autem spiritus sancti possumus operari, ut per se notum est, & docet Concil. Trid. less. 6. cap. 11. & 13. & can. 8. 22. ergo quando homini datur auxilium cui ipse non cooperatur, saltem recipit per auxilium posse operari, & quia potestas operandi necessaria est ad operandum, ideo auxilium sufficientis aliquid ad operationem necessaria confert: in quo considerandum est aliquod auxilium dici posse sufficientis in suo genere, seu ex parte, ut illuminatio ex parte intellectus, inspiratio ex parte voluntatis, & sic de aliis; aliter vero dici auxilium sufficientis, & quasi collectuē, & omni ex parte, & de hoc posteriori procedit propriæ quæstio, an auxilium simpliciter sufficientis quoad omnia in actu primo includat etiam necessaria ad actu secundum, quæ interrogatio in priori sensu locum non habet, ut per se clarum est.

Aliqui ergo de hoc ipso auxilio simpliciter suffi- ciente distinguunt auxilia necessaria ad posse, vel ad operari, & dicunt auxilium sufficientis includere auxilia necessaria ad posse, non ad operari, & con- sufficientē non sequenter docent dare posse in suo genere, non ta- men completem cum omnibus requiritis ad agendum, auxilia ne- Hac autem denominatio formalis, qua dicitur ali, cessaria ad quis constitui potens, interdum sumitur ex nuda posse, & ad potentia sufficiente in suo genere ad agendum, e- operari, se- tiam si aliqua requisita defint, ut homo habens vi- siuum potentiam dicitur potens ad videndum, e- siuam nondum speciem habeat: completem autem dicitur potens, si potentiam habeat & requisita omnia, ut visum, speciem, lumen, &c. Atiunt ergo dicti Authores auxilium sufficientis dare posse tantum prior modo, non tamen posteriori, quia licet et potestatem sufficientem in ratione principiū proximi, non tamen dat concursum necessariū ex parte Dei, nec complementum virtutis quod debet etiam incipere ab ipso Deo, & non datur nec incipit, nisi quando homo operatur: & aliqui hoc confirmant, quia ad operandum necessaria est Dei prædestinatio, vel prædefinitio; sed hanc non includit auxilium sufficientis: ergo non includit omnia necessaria.

Nihilominus contrarium verum censeo. Prius verò quād id declarē & probē, aliam distinctio- nem præmitto auxilij dupliciter sufficienti, scilicet affirma- cet

na vtri  
Gratia suffi-  
cientis tri-  
plex.

cer proximè & remotè : proximè appello quando homo per auxilium in se receptū potest immedia-  
tè aliquam operationem efficere sine interuētu al-  
terius prioris operationis, qua impetreret maius au-  
xilium. Remotè appello, quando homo nondum  
recepit in se totum auxilium necessarium ad certū  
opus, habet tamen illud à Deo paratum, si ad illud  
se disponat, vel illud impetrat. quam distinctionē  
sumo ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 11. dicente, Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere  
quod possit, & petere quod non possit, & adiuuat ut possit. nā  
illud verbum, facere quod possit, indicat eum, cui hoc  
iubetur, habere auxilium proximè sufficiens, tum  
quia ab illo immediatè postulatur ut faciat, tum  
quia in hoc solum distinguitur illa potestas ab ea  
quam Concilium indicat subiunctis verbis, & pete-  
re quod non possit, nam in his insinuat auxilium remotè  
sufficiens: nam qui nondum potest, nondum habet  
auxilium proximè sufficiens. v.g. ad contritionem  
habendam, si tamen oret, recipiet illud & iuab-  
itur ut possit contemnere, & ideo dicitur habere auxilium  
remotè sufficiens ad contritionem priusquam  
olet, quia habet illud paratum, si olet. Vnde ad ha-  
bendum remotè auxilium sufficiens ad unum actū v.  
g. contritionis, neccesse est ut habeat auxilium proxi-  
mè sufficiens ad alium actū, v.g. orationis, vel al-  
terius dispositionis ad maius auxilium. Atq; ita au-  
xilium remotum vnius actus respectu, reuocatur  
ad proximum respectu alterius, ideoque de proximo  
loquimur, & in eo tota difficultas versatur. Ad-  
uerto autem hunc modum auxilij sufficiens  
remotū solum inueniri in his, qui aliqua vocatione  
vel excitatione supernaturali præuenti sunt, de qui-  
bus solum nūc agere intendimus. Alio verò modo  
dici potest auxilium sufficiens quasi remotissimum  
quod ex parte Dei homini offeretur sub aliquo mó-  
do, vel conditione, quamvis nondum per aliquod  
supernaturale auxilium inchoatum in homine sit,  
de quo in ultima parte huius libri dicam.

4.  
Probatur  
Asterio ex  
Concil.  
Trid.

His ergo positis dicendum est auxilium proximè & completem sufficiens ad aliquem actum ita  
dare potestatem operandi, ut vel actu in homine  
quidquid ad actualem operationem necessarium  
est tanquam prærium & ab operatione distinctum  
ac separabile, vel in proxima eius potestate consti-  
tuat, quidquid ex parte Dei concomitante nec-  
essarium est, etiam si ab operatione hominis non sit  
distinctum, nec separabile. Probatur primò ex citati  
verbis Concil. Trid. Deus impossibilia non iubet,  
sed iubendo monet, & facere quod possit, & petere quod  
non possit, & adiuuat ut possit, vbi loquitur de homine  
præuent per gratiam, in d. iustificato: nam de  
huiusmodi homine docet quomodo præceptis ob-  
ligetur, & illa valeat implere. Duos autem modos  
auxilij sufficiens, ut supra dixi, insinuat, vnam est  
potestatis proximæ, per quam potest homo aliquid  
immediatè facere, nulla alia dispositione, vel ora-  
tione præmissa. Alius est potestatis remotæ, quæ non  
est per se & proxima potestas actus sufficiens, ad quæ  
est tamū remotè sufficiens, sed ac aliud, quo me-  
diane potest nouum auxilium obtainere quo posuit  
proxime actum vltiorem efficere. Vnde conse-  
quenter colligitur ex mente Concilij præter illos  
duos modos non reperiiri aliud auxilium sufficiens  
in homine receptū, ac proinde in tali auxiliō suffi-  
ciente debere includi totū id, quod ad actualē opera-  
tionem liberam necessarium est, & quod id totū  
aut sit homini datum, aut ex parte Dei ita paratum,  
ut in libera eius potestate sit constitutum.

Deinde idē Concilij paulo inferiū in eodē capi-  
tē inquit, iustificatos in eadē gratia, quam acceperunt, pro-  
ficere. quæ quidē potestas sufficiens profectō est  
eum commune sit omnibus iustis, & multi ea non  
vntantur. Illam autem declarat & probat Conci-

lium, dicens, Deus namque sua gratia semel iustificatos  
non deserit nisi prius deseratur ab ipso, cuius rationis vis  
in eo consistit, quod Deus paratus est dare iustis  
quidquid necessarium est ad proficendum in gra-  
tia, nam si hoc beneficium ex se & sine ipsis  
culpa denegaret, eos planè defereret; quia verò  
non deserit, paratus est illos auxiliari. Ergo supponit  
Concilium ad illam potestatē & sufficiētiam  
adiutorij necessarium esse, ut ex parte Dei sit ita  
homini paratum, ut sit in sua potestate. Simile ar-  
gumentum sumitur ex cap. 12. vbi docet, iustum  
posse cum diuino auxilio perseverare, si velit, hoc  
est enim quod ait, Nemo sibi certi aliquid aboluta certi-  
tudine pollicetur, tamen in diuino auxilio firmissimam  
spem collocare & reponere omnes debent, quæ est enim  
hæc spes, nisi quia certi esse debemus, ita esse par-  
tum nobis auxilium ex parte Dei, ut quod per il-  
lud possumus, simpliciter possumus? & reddit  
Concilium rationem ex eodem dogmate, di-  
cens: Deus enim nisi ipsi illius gratia deseruit, si-  
cuit cepit opus bonum, ita perficiet, operans  
velle & perficere, ergo ex intentione Concilij, ut  
homo simpliciter posset aliquid quod sine Dei au-  
xilio facere non potest, necessarium est ut veliam  
recepit, quidquid necessarium est ad tale opus  
faciendum, vel si quid deest, illud habeat in  
potestate sua promptum & paratum ex parte  
Dei.

Quidam verò modernus scriptor docuit aliquod  
auxilium gratia esse necessarium ad opus efficien-  
dum, quod neque Deus dat, neque ex parte  
est dare etiam iustis, neque etiam homo potest al-  
iquid facere quo illud obireat, & nihilominus sine  
illo vel dato, vel oblatō posse sublister, auxilium  
sufficiens per sola auxilia excitantia: hanc autem  
doctrinam defendendam explicit Concilium &  
dogma illud, Deus neminem deserit, nisi prius deseratur  
ipso. De sola gratia habituali & sanctificante, non  
de gratia auxiliante, ita ut sensus sit Deum nem-  
nem priuare sua amicitia, iustitia, vel gratia, nisi  
ratione alicuius peccati, quo prius ipso homo de-  
serat Deum.

Sed profectō supernacēa fuisse doctrina  
Concilij in illo sensu, quis enim dixit vñquam  
Deum solere priuare aliquem gratia & iustitia plena  
priusquam ipse peccando deserat Deum, vropor-  
tuert Concilium dogma illud in illo sensu tradere,  
præterquam quod in illo sensu est inutile  
principiū illud ad doctrinam, quam Concilium  
tradit, confirmandam. Nam Concilium in cap. 11.  
principiū illud adducit, ut probet esse in iusto  
potestate in accepta iustitia proficer. Hoc autem  
non potest ex illo principio inferri, si in illo sensu  
intelligatur. Namlicet Deus non auferat gratiam  
habitualē à iusto, si in ipsum iustificatum non  
iugiter virtute influat, nihil gratum ac merito-  
riū apud Deum efficer, ut idem Concilium docet c. 16. & con sequenter nec possit in gratia pro-  
ficere. Loquitur ergo Concilium de desertione  
quod auxilia necessaria ad crescendum in gratia,  
docetque hoc Chriſti auxilium, seu in luxum vir-  
tutis, qui antecedere comitari, & subsequi debeat  
opera, ut Deo sint grata, non defuturum iustis nisi  
ipſi deserant Deum, & in hoc sensu Deum non  
deserere iustos quod actualia auxilia necessaria,  
nisi prius ab ipſi deseratur. Nec minus certum est  
Concilium in cap. 12. fuisse in eodem sensu loqua-  
tum. Expressè enim dicit, licet homo de futura sua  
perseuerantia certus esse possit, nihilominus in di-  
uino auxilio firmissimam spem collocare debet,  
& subiungit rationem. Quia Deus nisi ipsi illius  
gratia deseruit, sicut cepit opus bonum, ita perficiere  
velle & perficere. Ad concipiendam autem fir-  
missimam spem in diuino auxilio de perseueran-  
tia.

tia, non satis est, certos nos esse Deum non priuatum nos gratia habituali, si non peccemus, sed oportet etiam esse certos non defuturum nobis auxilium necessarium ad non peccandum, si nos Deus non defuerimus. In hoc ipso sensu loquitur Concilium, & sunt valde notanda haec ultima verba: nam in eis euidenter loquitur Concilium etiam de auxilio efficaci, tale enim est auxilium quo Deus velle & perficere operatur in nobis.

Præterea dogma illud sumptum est ex August. I. mete. S. Au- de nat. & grat. c. 26. qui in dicto sensu aperit illo v- gitt. qui il- titur. Inten- tio enim Augustini in illo capite est, ius a- contra Pelagianos ostendere gratiam, qua Deus ius- tu- us est au- stificat impium, non solum dari ad tollenda pecca- ta commissa, sed etiam ad peccandum, ne noua co- mittantur, & rationem reddit, quia non solum gratia indigenus, vt a peccati egredit- sene- mur, sed etiam, vt de cetero recte ambulare possumus, quod quidem sani etiam non nisi illo adiuvante poterimus. quod ait nobis præstari per mediatorum Iesum Christum Dominum nostrum qui sanat agrotum, & iustificat mortuum, id est, iustificat impium cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad per- fectam vitam, iustitiamque perduxerit, non deserit sicut non de- seratur, vt pie semper, iuste- que viuatur. In quo contextu latius non potest ratio illa subsistere, nisi sensus sit, non potest Deum iustus, non tantum quod gratiam datam non tollendam, sed etiam quod danda auxilia necessaria ad recte viuendum, si ab ipsis non deseratur, quod declarat ex exemplo oculi, qui lucet sit plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cernere. sic (air) iustus, nisi diuinitus iuuetur, non potest viuere, sentiens quod si- cut oculus simpliciter sine luce videre non potest, ita iustus sine noua gratia adiutorio, id est, que Deus non deserere illum, ne- gando tale adiutorium. Vnde concludit: Sanat ergo Deus non solum vi decait quod peccamus, sed vi pre- fuit ne peccemus. vtique quantum in ipso est, sic enim dicitur Deus præstare illud omnibus iustis, non quia in effectu omnes illud recipient, sed non per Deum, sed per eos stat, si illud non recipiunt.

Denique Augustin. in lib. ad articulos tibi falsos impositos, art. 7. vel potius Prosper ad obiectiones bus homi- Gallorum in 7. in eodem sensu vtrum codice principiis idem Pio, vt probet eos, qui post gratiam acceptam pec- axima in- ciant, non ideo peccare, quia deserantur, id est, quia auxiliis necessariis deseruntur, sed quia ipsi peccat, & August. 8. August. & alii SS. 8. tempore, dicens. Fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quare nunquam prius Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. Et vt doceat hoc etiam in peccatoribus verum esse, subiungit. Cum enim & semel & secundo & tertio vniquisque gratia peccata commiserit, expectat tamen illum Deus, idemque repetit. Prosper ad obiectiones Vincent, in 7. vbi etiam non solum de iustis, sed etiam generaliter sententiam profert. Deus priusquam deseratur, neminem deserit, & multos desertores sepe conuerit. Vnde non loquitur specialiter de desertione quoad ablationem gratia habitualis, sed magis de desertione per absolutam denegationem aliquius auxilii sim- pliciter necessarij ad salutem, vel ad non pec- candum.

In eodem sensu dixit Fulgentius lib. 1. ad Mo- nimum cap. 13. Iusto deseritur a Deo, qui deserit Deum, & Anselm. lib. de Concord. præfident. sic gratia subsequitur donum suum, siue parvum, siue magnum, siue illud dare non deficit, nisi liberum arbitrium nolendo restringam quoniam accepit, deserat; vbi addendo illam particulam, siue parvum, siue magnum, ostendit aperte non de gratia habituali sola, sed de vniuersis donis gratia id verum esse; maximè ergo de auxilio necessario ad salutem: & sanè quamvis certissimum sit, Deum non deserere iustum aufe- rendo gratiam sanctificantem, si ipse illam non

abiciat peccando, non minus videtur necessaria, vt illum non deserat per absolutam denega- tionem auxilij necessarij ad non peccandum, quia hoc quodam modo maius malum est: nam ex hac defertione sequitur & ipsum peccatum, & ipsa ei- tiam gratia iustificantis amissio. Quod si Deus quām pec- non deserit iustum, denegando illi ex se aliquod catum. auxilium necessarium: ergo offerit illi, eaque in hominis manu & potestate ponit, vt habeat illa, si velit; ergo hanc potestatem includit etiam auxilium sufficiens, vt simpliciter ac verè sufficiens sit. Supererat verò duo declaranda circa propositionem illam, Deus non deserit nisi deseratur, intel- lectum quod auxilium. Vtum est quomodo intelligenda sit de auxilio sufficienti, aliud quomodo de efficaci, sed primum tractabitur cap... posterius in lib. sequenti.

7. Addo denique generalem doctrinam Concilij Senonien, in decretis ticei cap. 15. vbi cùm dixisset mansisse in nobis post peccatum liberum arbitrium ad opera salutis, subiungit. Neque enim lib- rum arbitrium afferentes diunam excludimus propterea gratiam, &c. sed iuxta Scripturam eò extendimus, vt huma- na voluntas misericordia praesentem auxilio suffulta, & interiori quodam & occulto secretioris inspiratione afflata. Concilij contacta se convertat in Deum, Dio appropinquet, & ad illam, veram gratiam se preparet, qua tandem acceptasit ad vitam eternam. In quibus verbis aduerto & pon- dero, non solum dicere Concilium per hoc auxilium posse homines se convertere in Deum, sed dicit se convertere & præparare ad gratiam sanctifi- cante, non quia id semper fiat: nam statim dicit, illi gratia refisti posse, & Iepus refisti, quia illam habuerunt, quibus Christus Dominus dicebat, Quoties volui congregare filios tuos, &c. & nolusisti, March. 23. sed ita loquuntur eò Concilium, vt significet in manu eius, qui tale auxilium habet, posse aliquid operari, quo se præparet ad ulteriore- rem gratiam, ac subinde ad illam dispositionem nullo indigere auxilio, quod vel non habeat, vel in manu eius & potestate non sit, & hoc decla- rans subiungit. Neque tamen tanta gratia necessitas libe- ro præjudicat arbitrio, cum illa semper sit in promptu, ergo quod auxilium necessarium ad operandum vel sit actu receperum, vel sit in promptu, omnino nec- essarium est ad habendum libertatem veram ad hu- iusmodi actus, (& quod idem est) ad habendum simpliciter potestatem, quam dare debet auxilium sufficiens.

Duo autem sunt ad libertatem arbitrij necessaria, Quæ sine vnū est posse facere actum, aliud posse non facere, necessaria etiam supposita integra facultate faciendi; ex qua ad illam ar- duplici potestate prior dici potest fundamentalis, bitrii liber- & quæ si inchoans libertatem in actu primo; po- tatem, quæ ad posteriori verò voluntati dans modum potestatis in- differentis, & quasi complens libertatem. Vtra- que autem potestas debet subsistere cum auxiliis gratia, posterior quidem cum efficaci, de quo in libro sequenti dicemus; prior verò cum suffici- enti, & ad hoc dixit dictum Concilium necessarium esse vt auxilium Dei in promptu sit, vtique totum auxilium necessarium ad opus, vt aperte dicunt illa verba, Neque tanta gratia necessitas, &c. & ratio est clara, quia ad potestatem quæ ad vsum, vel non vsum liberum sufficiat, non satis est nuda, seu remota potestas voluntatis, sed necessaria est pot- tentia proxima, id est, cum omnibus requisitis ad operandum, vt constat ex vulgari definitione libertatis, quam explicui in lib. 1. de Auxil. Omnia autem auxilia requiata sunt necessaria ad operandum: ergo omnia illa sunt necessaria ad auxilium sufficiens, vel aucta data, vel ita ablata, vt in prom- pto sit, seu in potestate hominis; & declaratur amplius, quia nostra voluntas nuda & auxiliis gratia

gratia destituta, non habet proximam libertatem ad actus supernaturales, quia vel non habet naturalem potestatem actuam illorum, vel ad summum habet quandam inchoationem cum capacitate recipiendi per gratiam eius actiuitatis complementum; & ideo Augustinus interdum dicit, naturam humanam per peccatum primi parentis amisisse libertatem ad efficiendum opera salutis, quia amisit gratiam & indignum se reddidit auxilijs eius: & e conuerso dicitur per Christum accipere illam libertatem, quia recipit gratiae auxilia, quibus efficitur potens ad tales actus efficiendos; ergo vitalis libertas si plena, & proxima in ordine ad vsum, debet habere omne auxilium necessarium ad opus in se, vel in manu & potestate sua; sed auxilium proximum sufficiens constituit voluntatem in tali actu libertatis: ergo omnia illa includit.

2. Præterea ratione morali in diuina Scriptura fundata hoc videtur sufficenter probari: nam ei qui recipit auxilium vero sufficiens ad opus necessarium ad salutem, & illud non facit, sed vocatio ratione resistit, impetratur carentia operationis, ita ut nullam habeat excusationem; ergo oportet ut per Scriptura, tale auxilium habeat vel accepta, vel parata, & in manu sua omnia auxilia ad tale opus faciendum necessaria. Antecedens patet ex verbis Christi, si non venissem, & loquimus fuisse eis, peccatum non habent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Ioan. 15. Et hoc ipsum probant omnia loca Scriptura, in quibus peccari redarguntur homines, qui per gratiam sufficiemt non operantur; nam si hoc illis ad culpam tribuitur, profecto excusationem non habent. huiusmodi autem sunt loca illa, *Quoties volui congregate, &c. & nolui, Matth. 23. Vos semper Spiritus sancto restitist, Act. 7. Effecit autem vi faceret vias, & fecit labras, & Isai. 5. Qui enim fieri potest, ut Deus inde fructus expectet, vnde scit nasci non posse sine quodam auxilio, quod ipse nec dat, nec paratus est dare, nec vlo modo est in potestate actiua terra, seu vitis, id est, in hominis potestate. Consequentia autem prima probatur ex eodem loco Isaiæ, vbi subiungit Deus, Iudicate inter me & vineam meam, quid est quod debui ultra facere vinea mea, & non feci ei? Profecto si illi homines indiguerint aliquo auxilio ad ferendum fructum a Deo expectatum, & auxilium illud non habuissent, nec in seipsis receptum, nec a Deo ita oblatum, vt in eorum potestate effet habere illud, si velint, merito Dei interroganti, Quid amplius facere debui? respondere possint, magnum aliquid debuisse facere, & non fecisse, nimirum illis conferre modum, quo possint obtinere auxilium illud, sine quo fructum ferre non poterant. Illa ergo Dei interrogatio aperte supponit habuisse auxilium sufficiens, ita ut ex parte Dei nihil necessarium ad fructificandum illis defuerit.*

Quomodo intelligi de beatitudine Dei apud Isaiam, Quid est, quod debui ultra facere vinea mea, & non feci ei? Dicit fortasse aliquis scrupulosus verborum ponderator, Deum quidem nihil ex his, quæ debet facere, omittere, nec ex his quæ dare debet, aliquid denegare, nihilominus tamen negare aliquid auxilium quod nemini debet, etiam absque illo opus fieri non posse. Sed hoc dictorum verborum vim non evacuat. Nam in primis licet Deus absolutè non debet alicui auxilia sua, si tamen vult hominem ita obligare ad fructum faciendum, ut excusationem non habeat, si non ferat, debet omnino aliquo modo ex dictis illi dare omnia auxilia necessaria, nullo dempto. Deinde Cyrus lib. 1. Isai. sic legit haec verba, Quid faciam vinea mea quod non fecerim ei. vbi ablato nomine debiti declaratur, nihil ex parte Dei debuisse quod ad ferendum fructum esset necessarium, quod sic exponit Cyrus. Quid boni illi defuit, ut inutiles fie-

rent? Si enim rerum ad vsum, & utilitatem necessariarum quippiam a me plantaueram forte pretermissem fuisse, causam dicam, neque panam exigam; quid enim faciam (inquit) quod non feci? Cum vero rebus ei viribus plenam, nulliusque rei indigam fecerim, &c. si nullius retinagam, profecto neque alius auxiliis omnino necessarij. Vnde Chrysostomus eadem verba expendens horni. 12. in Math. Idipsum (inquit) hoc est considerandum in loco, quid scilicet oportuerit fieri quod a Deo factum posse negari, & Athanas. de Passiō & Cruc. Domini, non longè a principio, eundem sensum indicans ponderat illam particularē adhuc, quam dicit indicare diuinam longanimitatem, bonitatem & tolerantiam, & glossa ordinat, dicitur nihil defuisse ex parte Dei, & D. Thomas ibidem ait contulisse Deum vineæ omnia beneficia necessaria ad ferendos viarum fructus, & ideo illos expeditas.

Hæc autem moralis ratio quam ex Scriptura de-  
promplimus, in ratione etiam naturali supradicta fundata est, quia ostendimus sine auxilio suffici-  
ente modò a nobis explicato non constituit opera-  
tionem in libera hominis potestate, seu in talis po-  
testate, qua possit liberè vri cum non habeat in sua  
potestate aliquid necessarium ad talem vsum: im-  
putatio autem ad culpam supponit hanc liberta-  
tem. Quis enim homini imputet, quod non vident, licet oculos habeat, si non esset in potestate eius  
habere lucem, aut quomodo potest alium habeni-  
vires & pedes, ad ambulandum culpæ attribui  
quod non ambulet, si haberet pedes ita ligatos ut  
compedes auferre non possit: sicut ergo iusta-  
cūsatio (ut ita dicam) supponit libertatem quæ  
non est circa supernaturalia opera sine auxilio suf-  
ficiens pleno, ita non deest legitima accusatio  
quandiu auxiliū sufficiens non haberet. Et hæc  
ratio ignorantia inuincibilis inducit legitimam  
excusationem, quia non est in potestate hominis,  
nec eius voluntate illam depescere. Eadem autem  
ratio de quacumque alia carentia rei, vel condi-  
tione necessariae & operandam, si non est in manu  
hominis illa non carere, seu (quod idem est) rem illam  
obtinere, & confirmatur, & declaratur vbi-  
ritus, quia homini non operanti vel imputatura-  
rentia potestatis, vel carentia operationis, autho-  
nesticat alius. Non primum, per se non pre-  
cipitur posse, sed agere, tum quia habere potestatis  
ad actus supernaturales non est nostra libertatis,  
sed diuini munera. Dico autem per se, & proxime,  
quia interdum carentia potestatis potest homini  
imputari, quia ponit impedimentum vocationis  
per quam incipit potestas dari: nunc autem prius  
imputatur homini defectus aliquis honesta opera-  
tionis, seu peccatum aliquod, ratione cuius car-  
tali potestate, & ita per se primò carentia operationis  
debita est, quæ imputatur, ergo homini iam  
vocato non imputatur defectus potestatis, sed de-  
fectus debiti vñs gratia: ergo hic vñs debet esse  
omnino in homini potestate; ergo omnia nec-  
ssaria ad vsum debent constitui in homini potesta-  
te, ut auxilium illi datum ante operationem suffi-  
cens censeatur.

Denique doctrina hæc desumpta est ex Augu-  
stino q. 2. lib. 2. ad Simpl. vbi prius generatim dicit. Opus est velle, & currere, non enim frustra dicitur, & probatur in terra pax hominibus bona voluntatis, & si Augustinus currere ut comprehendat. & postea de Esau subiungit, Noluit ergo Esau, & non cucurrit, sed usq; volvisti, & cucurrit, Dei adiutorio præuenisset, quia etiam velle & currere vocando præflaret, nisi vocatione contempta repre-  
bus fuerit. In his enim verbis supponit Augustinus  
habuisse Esau auxilium sufficiens, & per illud ha-  
buisse potestatem non remotam, sed proximam,  
nec tantum physicam, sed moralem, & liberam,

per quam & velle & currere erat sibi concessum, nisi invocationem contemneret; ergo ex sententia Augustini auxilium sufficiens, quod satis sit ut homini imputetur ad culam, non venire, modo non peruenire, tale esse debet, ut ipsum velle & currere ratione talis auxiliis sit in hominis potestate ex voluntate, ergo necessarium est, ut per auxilium omnia necessaria ad volendum non in hominim potestate & voluntate. Hoc ipsum sententia Augustinus, vixcumque auxilium istuc sufficiens est, ut per conditionem itam locutionem, dicens, per insufficiens auxilium dati homini ut operari possit, ut vellet. Si explicat gratiam data. Ad eam, ut correpta locuilla egrat, cap. 11. dicens, talis fruſe adiutorium datum. *A* cum ut dabo, quod datur, si vellet & inquit permanenter, si vellet, & cum cap. 12. sit in voluntate hominis satis omnium, & cum adiutorio Dei, sine quo perseverare non posset, manere si vellet; ergo illa conditionalis operari si vellet, possibilis, & re vera per auxilium sufficiens; ergo per tale auxilium ponitur in voluntate hominis, quidquid est necessarium ad volendum. Nam si aliquid necessarium ad volendum non est in eius potestate: quia nec illi datur, nec offerunt sub ea sicut conditione ut vellet, profecto non potest dici, ut ipsum vellet esse in eius libera potestate; et sique verbis ludere & illudere hominem, si ei dicatur posse, si vellet, si aliam non est in potestate & libertate eius obtinere aliquid ita necessarium ut vellet, ut repugnet, sine illo ut ipsum velle in rerum natura constitui.

Ad primam ergo difficultatem in principio possumus, quia distinctionem auxiliij sufficientis ab efficaci petebat, responderetur, non distingui per hoc quod sufficientis sola auxilia excitantia, efficacis vero adiuvantia, seu cooperantia includat, vixcumque enim utraque complectitur auxilia; ut vixcumque notum est, & infra dicetur, & de sufficienti oftensum est ea ut precedunt. Differunt erte in modo postulandi, seu includendi cooperantia & efficacia, & in modo soli auxilia sufficientis, si sit proximum, includit omnina praemittentia auxilia actu recepta, non minus quam auxilium efficacis, & ita in illis auxiliis convenienter possunt, in modo & esse aliquo modo aequalia, ut postea dicimus. Differunt autem, quia sufficientis auxilium habet auxilium concomitans tantum oblatum ex parte Dei, & potius in voluntate operari, in re vero ipsa sine illo subiicit & inuenitur, & hanc separationem in conceptu suo includit, quatenus dicit tantum auxilium sufficientis. Auxilium autem efficacis etiam auxilium concomitans in ipsa datum, & actu positum; vel taliter habitudinem ad illud, ut ab illo nunquam separetur. Vnde autem hoc proueniat, postea trahimur.

Ad secundam difficultatem, in qua tangitur alia differentia vulgaris, quod auxilium sufficientis dat posse, etiam autem dat velle, seu operari, differentiam sano modo intellectam, esse veram. Dico autem sano modo intellectam, quia seruata proportione etiam auxilium efficacis dat posse coniunctum cum actu, & auxilium sufficientis suo modum dat velle operari, tunc quia licet in effectu non conferat velle operari, constituit illud in potestate & voluntate operantis, si vellet ut ex Augustino explicatum. Tum etiam, quia tale auxilium ex parte intentione Dei, datur homini non tantum, ut posset, sed etiam ut faciat, nulla enim potestas suadatur propter se, sed propter actum, eti potestas sit sufficientis, data potestate, darur actus, quantum est ex parte dantis potestate, & si licet si potestas sit libera, actus etiam constituit in voluntate recipiens potestatem, ideoque omnia requirunt ad actum in eiusdem constituantur potest-

itate & voluntate; differentia ergo, & verus sensus est, quod auxilium sufficientis, ita dat potestatem cum omnibus requisitis ex parte ei ad operandum, ut non secum offerat operationem, aut voluntatem actualem, & ideo dicitur dare posse, non quia de se non dat etiam agere, sed quia propter operationem illud non praestat. Auxilium autem efficacis le & g. re. dat potestatem actu influentem, & operantem, & ideo ratione ultimi actus dicitur dare ac velle, & operari, vel permanere, seu perseverare, & similiter. Etsim modo si vocatio ut efficacis, dicitur facere ut velimus, quia infallibiliter secum affert consensum: vocatio autem sufficientis tantum de se etiam facit ut velimus, nam ad hoc sufficienter intendit, in re tamen non aliquid, quod intendit, & ideo dicitur potius dare ut possumus, quia facere ut velimus, utque simplier, & absolute, nam cum illo addato de se, etiam id potest & debet admitti.

In tertia vero difficultate petitur, vnde habeat auxilium sufficientis utramque non operari, & ita sit. *P*artitione in efficacis, & & conuerso vnde habeat auxilium etiam in infallibilitate effectum consequatur. Sed de primo puncto dicimus in sequenti capite, ut in cuncto vero in sequenti libro. Nunc igitur dicimus posito auxilio sufficienti prouta nobis explicatum est, ita lata quidem libertate arbitrij prouenire ut non operetur, quod autem operetur, non prouenire a sola libertate, sed ut per gratiam adiutoria, quod tamen adiutoriorum alteri non denuntier, nisi reitatis: haec autem multa declarationes indigent, quia paulatim tradenda sunt.

Ad fundatum denique contraria sententia. *R*espondetur dicimus in primis cum auxilio sufficienti datur aliquo modo concursum concomitante gratia ad operationem necessarium. Hic autem concursum sententia, duobus modis datur, vno modo in se, seu in actu secundo, & ut ne repugnat dari in se ipsa, & gratia sufficientis in actu operatione, quia in re non distinguitur ab aliis, tunc conatu causa secunda, ut superiori libro videntur, cursus coaideoque concursum gratiae praeditus numquam comitante separatur ab auxilio efficacis. Alio ergo modo potest dari hic concursum quasi in actu primo non in re, ut non habente homini; sed alis sententia, quia nimis est. *Q*uo duplex Deus ipse, qui potest solus illum concursum in exercito praetare, intime adeat voluntati iam excicatus.

et vocata, & de se paratus est ad concurrendum cum illa, si per ipsam non stererit, & hoc satius est, ut voluntas simplier posset & habeat omnia requisita in sua potestate, quia quod per alium possumus, cum adiutoriorum paratissimum est, si illud suscipere volumus, verisimile & propriissime possumus. Tunc autem initatur, quia hic concursum debet incipere ab ipso Deo. Respondemus ex parte Dei incipere debere ab ipso, nec posse ab alio, quia sua voluntate trahi ad concurrendum, illam tamen Dei voluntatem iam esse paratam, & per illam esse quasi applicatam, & expositam potentiam Dei, ut simul cum homine induat, ipso etiam homine suum opus inchoante. Quapropter ad obtinendum a Deo hunc simultaneum concursum, non est necessaria aliqua praecipua operatio, sed solum simulanea cooperatio.

Vnde est habendum prae oculis discriminem inter auxilium praeueniens, in quo Deus solus fine hominis operari incipit, aliquid in homine faciendo; quod non facit homo: auxilium nolumus, & concursum meret concomitans. Nam auxilium praeueniens si ad opus hominis, & simulans sit sufficientis, & non sit iam datum ad extra, necum, seu ut ita dicam, nec in homine receptum, non potest offerri & esse ita paratum ex parte Dei, ut sit etiam immediate potius in voluntate hominis.

nis per illud operari, sed tantum potest constitui mediatè in hominis potestate, id est, vel mediante aliquo alio actu, qui sit in eius potestate, quem si fecerit, infallibiliter ei dabitur tale auxilium, vel saltem media carentia alii cuiusimperimentis, quod liberè posse homo non ponere non peccando. Ratio est illa, quæ in fundamento contraria sententia facta est, quia cum illud auxilium debeat incipere a solo Deo, si non absolute datur, sed sub conditione offeratur, si homo aliquid faciat, necesse est, ut id quod ab homine exigitur ad obtinendum actu illud auxilium, non sit faciendum ab homine cum illo eodem auxilio, quia illud debet a solo Deo inchoari, ut supponitur: ergo debet aliquis alius actus, ad quem non sit necessarium illud præsumendum auxilium, vel carentia præsumendum, quo etiam possit homo liberè abstinere, si ne eodem auxilio, quia impossibile est postulare ab homine dispositionem ad obtinendum præsumendum auxilium, quæ ipse est actus, qui sine illo præsumendo fieri non potest, ut in lib. sequenti latius ostendemus.

Hic autem non agimus de præueniente auxilio, dicimus enim auxilium sufficiente si sit proximè sufficiente & completum includere omnia auxilia præuenientia, non tantum oblatum, sed actu data; nam si aliquid est tantum oblatum, aliud auxilium datum, non erit proximè sufficiente ad illum actu, ad quæ aliud præueniens auxilium offetur, sed poterit esse tantum sufficiente remore, mediante scilicet alio actu orationis, verbi gratia, vel alterius dispositionis necessaria ad obtinendum novum auxilium, ad quam dispositionem præstantam prius auxilium erit proximè sufficiente, & includit omnia auxilia præuenientia ad illum necessaria actu iam data, ut facis declaratum est & probatum. At vero concursus concomitans eo ipso quod est sufficienter oblatus ex parte Dei, est immediatè in hominis potestate, quia non indiger homo alio actu, ut illum a Deo obtineat, quia ad illum actu est necessarius aliis concursus, & sic procederetur in infinitum; sed solum necessarium est, ut homo liberè prebeat influxum ex parte sua necessarium ad actu; nam tunc eo ipso Deus influit ex vi præcedentis voluntatis, quia sibi influxum homini oblitus. Et ratio est, quia in hoc influxu & concurso nihil Deus solus operatur in homine, quod non etiam faciat homo, nec è conuerso, sed in cauando simul omnino incipiat; idèque optimè potest concursus Dei offerri homini, si velit Deo cooperari ad illum operari, ad quem concursus Dei paratus est.

Quod vero ultimum loco addebatur de prædestinatione, aut prædefinitione voluntatis Dei ad rem præsentem non pertinet, quia quidquid sit de modo, qui hi actus sint in Deo respectu actuum humanorum & liberorum, illi non pertinent ad auxilia gratia necessaria ad operandum, sed ad modum quo Deus tamquam primus author gratiae esset, vel prouidet talia auxilia, de quo modicè alibi copiosè dixerimus, aliqua in libro sequenti attingemus. Nunc autem solum dicimus auxilium sufficiente, etiam si non procedat ex voluntate Dei absolute præfinita actu hominis, debere esse tale, quale illud descripsimus, ut sit vere sufficiente, in modo etiam addimus quoties actus, propter quem datur auxilium sufficiente, non est præfinitus, aliqua ex parte ipsi homini posse attribui, ut in materia de prædestinatione latius tractatur, & ex dicendis in sequenti capite declarabitur.

Denique hinc solutum manet tertium argumentum in capite primo relictum, quod petebat quo modo illa duo membra inter se distinguan-

tur, vel opponantur, dicendum est enim distinguuntamquam includens & inclusum, & quasi primitiæ opponi. Declaratur, quia gratia sufficiente dat vires sufficientes voluntati, ut cum Augustino loquamus; gratia vero efficax dat vires efficacissimas: vires autem efficaces etiam sunt sufficientes; ergo includit efficax totum id quod est ab aliis, quasi positivum in sufficiente, & addit infallibilem connexionem cum operatione, quam non includit sufficiente; ergo ob rationem priorem recte consideruntur distinguuntur ut includens & inclusum: posterior autem ratione gratia sufficiente quandam priuationem includit, propter quam potest dici inefficax, ac subinde priuatiè opponi efficaci, & tunc obiter intelliguntur duo, vnam est diuiniæ hanc esse sufficientem, quia per membra immediate opposita traditur. Aliud est, propter hanc diuiniæ non multiplicari gratias actuales, vel habituales suprà enumeratas, sed easdem explicari cum diueris habitudinibus ad actualem operationem, ut declaratum est, & hac sufficit evident ad simplicem quamdam diuiniæ explanationem, nam profundior illius comprehensio ex singulorum membrorum pleniori intelligentia pender: supereft ergo ut ea quæ specialiter ad gratiam sufficientem pertinent, in reliqua parte huius libri prosequamur.

## CAPUT III.

Vtrum auxilium sufficiente sit verum auxilium gratiae interna distinctum à lege, reuelatione, & doctrina.

Hoc capite præcipue notandum & resellendum est error Caluini, dicens nullum esse verum gratiae interioris auxilium, prater auxilium efficax, quale ab ipso ponitur inducens necessitatem & tollens libertatem; ideoque omnia loca scripturarum, in quibus reprehenduntur homines, qui negant gratiae Dei restitutum, interpretabatur de gratia humanæ doctrina per Scripturam, vel per prædicationem verbi Dei, ita refertur in id Act. 7. Post mortem sancto resistit, dicens contaminasse Calum locum illum afferens eos resistere Spiritui sancto, quia eum in prophetis loquentem consumaciter reiiciunt, quia non de internis reuelationibus & inspirationibus, sed de externo ministerio eiusdem verba intelligentia esse accurate monebat. Vnde plene conuincitur solum exteriorem doctrinam satis esse putasse ad auxilium sufficiente, cum illi resistere censeatur esse culpabile & reprehensione dignum, in quo errore videretur Caluinus Pelagio consentire, quo ad sufficientem gratiam, licet inefficaci in alio extremo illi contrarius sit, ut postea videbimus. Pelagius enim per solum regiam prædicationis, doctrina, promissionem & exempli dicebat sufficienter iuvari possibiliter naturæ, ut homo posset bene operari, & sanctificari, si velit. Ultra hanc vero gratiam non possumus effici, ut alia gratias ad volendum & operandum obiecto sufficiente voluntas potest circa illud operari si velit, ergo illa propositio obiecto sufficiente est etiam sufficientem gratiam auxiliu ut homo conuertatur, si velit. Caluinus autem cum gratiam efficacem ad bonum efficiendum cum voluntate requirat, non video quo fundamento dico potuerit externam doctrinam esse sufficientem auxiliu

lium cui resistere peccatum sit, vnde potius credi-  
ssete videtur non esse de ratione peccati actualis ve-  
ritati possit, quia putauit non posse liberum arbit-  
rium internæ motioni Spiritus sancti resistere, in-  
de intulit eum qui resistit, à Spiritu sancto inter-  
ius non moueri, sed tantum exterius vocari, &  
nihilominus peccare.

Sunt quæ apud Augustinum in lib. 1. de grat. Christi nonnulla loca, in quibus nisi attente lega-  
tur, videtur, impugnare Pelagium, in hanc sen-  
tientiam inclinare, cum enim Pelagius diceret  
legem & doctrinam. Deum per gratiam suam iuuare nostrum posse, id  
est, per legem & doctrinam quam Pelagius nomi-  
ne gratia intelligebat. Augustinus vrgit illum ut

illam gratiam fateatur quæ dat velle & facere, quæ  
est gratia efficax, & ita inter has nullam aliam suf-  
ficiem agnoscere videtur, vnde cap. 10. sic in-  
quit, Nos etiam gratiam yolum iste aliquando fateatur  
qua futuræ glorie magnitudo non solum promittit, verum  
etiam creditur & speratur, nec solum elevatur sapientia,  
verum etiam amat, nec suadetur solum omne quod bo-  
num est, verum etiam & persuadetur. In quibus verbis  
aperte loquitur de gratia efficaci quæ vocati ve-  
niunt, & quia audiunt, credunt & suasi persuaden-  
tur, vnde id confirmat verbis Christi Joan. 6.  
Nemo venit ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum;  
& Nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum à Patre  
meo, quæ testimonia frequentissimè idem Augus-  
tinus de gratia efficaci interpretatur, & de illa  
concludit in eodem capite; Hanc debet Pelagius gra-  
tiam confidiri si vult non solum vocari, verum etiam esse  
Christianus. Sentit ergo Augustinus omnem gra-  
tiam suadentem, & non persuadentem; vocan-  
tem, & non trahentem non transcedere legis & doctrinæ rationem, & nihilominus esse gra-  
tiam sufficiem, quia ultra illam non agnoscit  
nisi efficacem, & inde concludit gratiam  
sufficiem tantum esse externam, qualem Pela-  
gus fatebatur.

Vnde cap. 13. vt distinguat propriam gratiam  
internam ab ea, quam ponebat Pelagius, sic in-  
quit, Hæc gratia, si doctrina dicenda est, certè sic dicatur,  
vt altius & interius eam Deus cum ineffabilis suauitate crea-  
tur infundere: non solum per eos, qui plantant & rigant  
in rūbus, sed etiam per se ipsum, qui incrementum suum  
ministrat oculis, &c. Hæc autem gratia profecta  
efficax est, id est de illa subiungit. Sic docet Deus  
eos, qui secundum propositum vocati sunt simul donata, &  
quid agant scire, & quod sciant agere. Videatur au-  
tem Augustinus de interna gratia & efficaci tam-  
quam de æquipollentibus, & quæ mutuè con-  
vertantur, loqui, quod magis infinitus inferius,  
dicens: Qui autem nouit quid est quod fieri de-  
bet & non facit, nondum à Deo didicit secun-  
dum gratiam, sed secundum legem, non secun-  
dum spiritum, sed secundum litteram. Ergo, se-  
cundum Augustinum, omnis qui non operatur  
ex gratia, non recipit interna gratia spiritum, &  
tamen negari non potest, quin multi non coope-  
rantes gratia, sufficiens gratia auxilium reci-  
piant; ergo gratia sufficiens non includit interio-  
rem gratiam.

Ac denique cap. 14. de hoc docendi modo quo  
per gratiam docet Deus, ait non rectè dici ali-  
quem audiuisse, & didicisse sibi esse veniendum,  
& non facere quod didicit; sic enim ait, sicut Ve-  
ritas loquitur, omnis, qui dedit, venit, quis-  
quis non venit, profectò non didicit. Vnde nos  
possimus è contrario colligere, omnem illum,  
qui licet audierit, & aliquo modo didicerit, esse  
veniendum, non venit, non audiisse eo modo  
quo gratia interna docet, sed eo tantum modo  
quo exterior doctrina suadet, & tamen multi sic

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

non venientes habent auxilium sufficiens: ergo  
auxilium sufficiens non includit interiorem gra-  
tiam, seu doctrinam. Vnde ibidem concludit. As  
per hoc quando Deus docet non per legi litteram, sed per Spi-  
ritus gratia, ita docet, vt quod quisque didicerit, non tantum  
cognoscendo videat, sed etiam volendo appetat, agendoque  
perficiat. Ergo, teste Augustino, gratia qua Deus  
interius docet, semper est efficax; ergo è conuerso  
gratia sufficiens non docet interius, sed tantum per  
legem & doctrinam: sunt pleraque alia loca in li-  
bris Augustini non parum difficulta quæ hanc par-  
tem confirmare videntur, illa tamen commodius  
in cap. 6. tractabo.

His verò non obstantibus, dicendum est gra-  
tiam sufficiem necessariò includere interiorem  
gratiam præter externam, & in ea principaliter  
confistere: vt haec assertio probeatur, explicatur  
priùs supponendo duobus modis posse Deum mo-  
ueri, seu auxilium sufficiens præbere homini in  
ordine ad aliquem actum pietatis, scilicet, vel ali-  
quo medio externo signo, seu obiecto vel merè in-  
terius immutando potentias, iuxta Augustini do-  
ctrinam lib. 1. ad Simplic. q. 2. & lib. de bono per  
se. cap. 14. quando ergo Deus hoc posteriori mo-  
do præberet auxilium, clare videtur tale auxilium  
internum esse. Verum tamen ille modus rarus est,  
& extra ordinariam legem significatam à Paulo ad  
Romanos 10. dicente, Fides ex auditu, audire autem  
per verbum Christi, vbi de verbo externo loquitur,  
vt alia verba declarant, Quomodo audiunt sine predi-  
cante: quomodo autem predicabunt, nisi mittantur  
&c. Auxilium ergo externa prædicationis &  
fusionalis, necessarium quidem est ex lege ordina-  
ria, & ad gratiam Dei spectat, vel lib. 3. cap. 1. di-  
xi, & ita sub auxilio sufficiem integro & comple-  
to regulariter inauditur, quia, vt dixi, illa est  
ordinaria via trahendi homines ad salutem, sed  
quia per se non est satis, ideo dicimus inde posse  
in illa confidere auxilium sufficiens simpliciter  
& collectiue, licet in suo utriusque doctrinæ  
vel propositionis obiecti sufficiem suam ka-  
bere possit.

In quo vltiorem attente considerandum est, sub  
hoc auxilio externo non intelligi tantum motionem  
illam externam, quæ ad sensus peruenit, sed  
etiam illam, quæ in mente fit per conceptus, vel af-  
fectus quos illa externa obiecta & eorum phantas-  
mata possunt in mente naturaliter causare; non est  
enim dubium quin sonante voce Prædicatoris in  
intellectu fiat naturaliter species earum rerum, quæ  
oruntur, & per illas species naturaliter etiam virtute  
possint formari aliquor conceptus rerum & ratio-  
num, quæ proponuntur, atque etiam excitari ali-  
qui motus desiderij, timoris, &c. isti enim motus  
pertinent ad gratiam, quia ex beneficio gratuito  
& supernaturali prouidentia dicunt originem, &  
ita secundum modum & habitudinem, gratia  
quædam sunt, etiam si aliæ in substantia sua mo-  
tus naturales sunt.

Dicimus verò tales actus sub gratia externa com-  
prehendi, quia cu illa sunt naturaliter connexi,  
& moraliter tanquam vnum censentur, & de hac  
tota gratia externa intelligimus non satis esse ad Præter mo-  
dum sufficiens auxilium, sed necessarium esse specia-  
tionem ex-  
tem illumanationem internam, & inspirationem, etiam re-  
vt aperte docet Augustinus lib. de grat. Christi, qui titut in  
cap. 13. & ideo gratiam propriam vocationis oc-  
cultam vocat Augustinus in lib. 1. ad Simplic. q. 2.  
& Psalm. 87. ait, Minus occulta Dei gratia est, qua homi-  
num mentes quodammodo reuulsunt, vt possint à quibusli-  
bet eius ministris præcepta veritatis audire. & infra, quan-  
tumlibet existant excellentes verbi Prædicatores, & verita-  
tis, etiam per miracula sua fortes, tanquam magni medici a-  
gunt.

gunt cum hominibus si mortui sint, & tu a gratia, non reuixerunt? minquid mortui facies mirabiliter, aut medici exsuffitabunt, & hi quos excitabunt, confitebuntur si i? & sepe in hoc sensu expendit verba Pauli 1. Corinth. 3. Neque qui plantat est aliquid, &c. ut vide derelicit in locis citatis, & infra etiam tractandis. In hoc ergo sensu internam gratiam ultra externam ad auxilium sufficientem necessariam esse dicimus. Quocirca etiam in priori & extraordinario modo vocandi hominem ad fidem merè interius in mente oportet distinguere reuelationem, quatenus solam pertinet ad sufficientem obiecti propositionem ab auxilio, quo adiuuatur potentia ad credendum, vel amandum, nam sola reuelatio pertinet ad doctrinam, & de se non satis est ut potentia cluatur, & inuenitur ad operandum sicut oportet, sed necessaria est peculiaris quædam motio spiritus sancti, quæ potestias ipsas dirigat, vel alliciat, & hanc necessitatem per internam gratiam in conclusione intelligimus.

3. Sic igitur declarata conclusio probatur ex ipsa ratione, & nomine auxilij sufficientis & effectibus assertio.

4. Probatur nam de ratione huius auxilij est, ut de homini potestate operandi actus pietatis, ita ut ad illam p. testatem nihil illi debet, ut ipsum nomen sufficientis auxilij p. se fert, inde fit ut homini habenti tale auxilium sufficientem, impetratur non operari per illud, quare simpliciter est potens liberâ & integrâ potestate ad sic operandum. Sed homo habens auxilia externa non est potens per se ad operandum salutem, sine auxilio interno, ergo auxilium me. è externum sine interno non potest esse, nec dici sufficientis. Consequens cum maioris de se patent. Minor autem in toto lib. 3. ostensa est contra Pelagium, eamque præcipue intendit Augustinus in dicto lib. de grat. Christi, & aliis contra Pelagium. Vnde confirmatur, quia si aliqui daretur auxilium externa prædicationis verbi Dei, aut exempli sanctæ vita Christi, aut promissionum, aut comminationum, & interius nullum daretur gratia auxilium, non posset ei imputari si non conuerteretur ad fidem, vel penitentiam, quia re vera non posset, quia talis homo non habet auxilium simpliciter & proximè sufficientem ad suam conversionem, seu ad fidem, vel penitentiam agendam. Vnde si quis dicat fieri posse ut ei non detur actus auxilium internum, quia ipse ponit impedimentum; Deum autem paratum esse illi dare tale auxilium si ipse obicem non ponat, & ita habere sufficientem auxilium. Respondemus iuxta suprà dicta tale auxilium non esse proximè sufficientem, de quo nunc loquimur, quatenus autem potest dici auxilium remotè sufficientem, eam remotè includere illud auxilium: Nam, ut illud auxilium sit remotè sufficientem, necessarium est ut homo per auxilium, quod actu recipit, aliquid proximè facere possit, utique se disponere, vel non potere impedimentum interius auxilio, neutrum autem horum potest homo facere sine aliquo interno auxilio, ut suprà ostensum est, & ideo etiam hoc modo tale auxilium internum aliquid adiutorium includit, & respectu aliquius effectus est proximè sufficientem, licet respectu alterius aetius ad quem nouum internum auxilium necessarium est, sit remotè sufficientem, quatenus etiam remotè includit necessarium auxilium; atque ita ad omnem modum sufficientis auxilij requiritur auxilium internum seruata proportione.

5. Secundò principaliter probatur assertio, qui qui in Scriptura reprehenduntur eo quod vocatio in Dei resistunt, non solum interius, sed etiam ex-

teriori vocantur & atra hunc quantum est parte Dei, & hoc censetur necessarium ut resistemus possimus: ut virtus attribui; ergo auxilium sufficientem includit internum auxilium, & hoc est ad illius sufficientiam necessarium. Antecedens probatur ex testimonio allegato Isa. 5. Quid amplius facere debet, & non feci? si enim internum spiritum gratiam cum externis instructionibus non dedit, profecto facilis fuisset responsio: nam magnum aliquid facere debuisset, quod non fecerat, ut supra ponemus. Item cum Christus reprehendit Israhelitas, quasi in Tyro & Sidone facta essent virtutes, quæ in Iudea factæ fuerant, penitentiam egissent Iudit. 11. vel intelligit facturos fuisse penitentiam sine interno auxilio gratia per propria virtus cum externis signis, & hoc dici non posse, ut constat, vel intelligit illos fuisse cooperatores gratiae interne, quæ simul cum externis signis datur, & sic necessaria est, ut supponat eamdem internam gratiam datam fuisse Iudeis, & ideo sufficienter esse vocatos per illa externa signa, alias non iuste illos comparatione aliorum reprehenderet & damnareret; ergo illud sufficientem auxilium includet etiam gratiam internam. Præterea hoc fatus significauit Stephanus in verbis citatis Acto. 7. Præmitit enim duracervice, & in circumscriptionibus, quæ nimis resistebant diuini illustrationibus, & internis inspirationibus, quibus cor mouetur & blandie atraha solet, unde subiungit, Vt semper fuisse sancto reuictus, qui enim fides verbi exercit resistit, poterit dicit resistere homini, vel rationibus humanis, non autem spiritui sancto, nisi etiam spiritus interius operetur, sicut qui credit homini prædicanti, si supernaturali fide credit, & ideo magis credit spiritui sancto, quam homini, qui à spiritu sancto interius principaliter docetur; ita ergo è contrario, ut quis dicatur spiritus sancto resistere, oportet ut ab spiritu sancto interius mouetur.

Præterea fundamentum Caluini omnino falsum est & Catholicæ doctrinæ contrarium, quia non solum potest voluntas humana pro sua libertate exteriori vocationi & humanis inspirationibus & suauibus, sed etiam internæ motioni & suauioni inspirationi spiritus sancti resistere. Ita docuit Concil. Trident. sess. 6. cap. 6. dicens, Tangente Dei ut hinc per spiritus sancti illuminationem, nec homo ipsius omnino agit, inspirationem illam recipiens, quippe quia illam abducere potest, &c. Idem supponit in cap. 13. dicit. Et concil. Deus nisi ipsi (utique iusti) illius gratia defuerit, scilicet cur ait opus bonum, ut perfici. & Can. 4. clarus dicit, homini liberum arbitrium à Deo motum & existit, ut posse dissimile si velit. In quibus verbis aperte loquitur Concilium de libero arbitrio interius moro per spiritus sancti illuminationem & inspirationem: hanc enim vocat ibidem excitantem gratiam, & vocacionem, aqua salutis nostræ initium sumitur, ut in superiori libro expendimus. Item loquitur de potestate resistendi, quia sapientia peccatoribus & obdurate hominibus exercetur, ut præfatis etiam docuit Concil. Senon. in Decreto fid. cap. 13. vbi cum prius dixisset libertatem art. & conciliorum extendit, ut voluntas humana misericordia preuenientis auxilio suffulta, & interius quodammodo & occulto cretioris in inspiratione afflata contacta se conuertat in Deum, subdit inferius, nec tale sit huiusmodi trahens auxilium, cur resistit non possit. quod virtute probat ab effectu, quia sapientia peccatores illi resistunt, & ita expponit locum Acto. 7. verba Pauli 1. Thessal. 5. spirituum nolite extinguere, id est, diuinas inspirationes. Confirmat hoc egregie Augustinus lib. de grat. & ex. 1. lib. arb. c. diu ait, neminem debere cauare Deum doctrinam in corde, ac illi interius illum non vocaret, & cap. 5. Concil.

expendens Pauli exhortationem, Rogamus vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, illam de vera & integra gratia intelligit; & quia non tollit protestationem resistendi, necessariam dicit motionem Pauli; idemque habet in aliis locis quæ paulo post indicabat. Apertissime etiam id docet Prosper lib. 3. de vocat. gent. cap. 2. vbi prius ait, *Gratia quidem Dei in omnibus iustificationibus principaliter praeminet suadendo pericula, merito miracul.* quæ pertinent ad gratiam externam, cui coniungit internam addendo, *Dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbundo;* & de hac gratia subiungit, *qua opitulatio per innumeros modos, sive occultos, sive manifestos omnibus adhibetur, & quod a multis refutatur; ipsorum est nequit;* & voluntatis humana. Ratio autem est, *quam eadem Concilia & Patres indicant;* nimirum diuinam gratiam non tollerelibet arbitrii, & ideo illi resisti posse & sibi refutari. Potest ergo gratia esse interna; & nihilominus esse tantum sufficiens si illi resistitur, & est consensu ut sit sufficiens & resistibile possit esse culpabilis, necesse est ut non solum externa sit sed etiam interna, sine qua homo conuerti, aut pie operari non possit.

4. Superet ut ad testimonia Augustini respondeamus, non desunt autem qui ex illis locis colligant Pelagium non negasse veram gratiam excitantem interius mentem per diuinam inspirationem, & illu- lutionem, sed dixisse illam gratiam commun- hém esse tam his qui resistunt, quam his qui con- fident, & nullam maiorem gratiam his, quam in illis agnouisse; & ideo Augustinum ab illo exigere, ut efficacem gratiam internam & operantem ipsum velle conuertetur, non quia sufficiens non etiam sit interna, sed quia præter illam alia major necessaria est ad operandum, quam Pelagi non admisit, sed in primis etiam hoc verum esset, intelligentiam esset de gratia cooperante, non de alia præ- sente, ut infra ostendemus. Pelagius enim præter illam, quæ emcumque gratiam mentem excitantem sibi obte- luntatus, & operationem piam soli libertati fine- tibus alia, ita Dei opere tribuebat, in quo grauitate errauit, & ideo licet de gratia excitante non male sensisset, scismus vo- potuisse ab Augustino vrgeri ut cooperantem ag- luntari, & nosceret. Deinde veritas est errasse Pelagium e- tiam in excitante gratia, quia non posset illam per internam Spiritus sancti inspirationem & opera- rationem, sed solum quatenus per eos, qui exterius Augustino, plantant & rigant, excitari potest, quod aperte docet Augustinus dicto lib. de grat. Christi cap. 3. & cum in 4. 5. 6. & 7. errorem Pelagi late explicat, in 8. concludit. *Hinc itaq; apparet hanc eum gratiam confiteri, qua demonstrat & revelat Deus;* quia agere debemus, non quia donat atque adiuuat ut agamus, cum ad hoc potius valeat legi agnitus, significans deitatem opitulatio ut fieri mandati preuaratio, & per totum ferre librum idem ostendit, præsertim in cap. 27. concludit nullam gratiam vere adiuuantem ad voluntatem, vel ad actionem admissam, idemque habet lib. de grat. lib. arbitrii, cap. 11. & lib. de heresi, in 80. & aliis in locis, quæ supra lib. 1. notauiimus.

Alius ergo respondeo, Augustinum absolu- te contendisse cum Pelagio, ut internam gratiam in- spirantem admitteret, ut constat ex illis verbis cap. 13. eiusdem libri, *hæc gratia si doctri- na dicenda est, certe fidat;* ut aliud & inter illam Deum, cum ineffabili suauitate credatur infundere, non solum per eos, qui plantant & rigant ex insensu, sed etiam per seipsum. Hanc ergo peculiarem gratiam internam & excitantem ac præuenientem negabat Pelagius, & pro hac pugnat Augustinus contra illum, & hanc dicit non tantum augurare posse, ut de sua gratia dicebat Pelagius, sed dare ipsum posse, quia non tantum ad facilius, sed

Fr. Suarez de *Gratia* Pars II.

Tertio est similis apud eundem Augustinum lib. de bonor. perseuer. cap. 14. vbi de Tyris & Sidonis, *Relicti sunt (vique in massa perditionis) quieritatem credere potuissent, si mira illa Christi signa viderent, sed quoniam ut credentes, non erat eis datum, etiam vnde crederent erat negatum.* Vbi aetate sentit, sicut Deus ex libera sua prouidentia dispositione quos elegit in sua voluntate quibusdam dare gratiam efficacem, alii eam negare, de quibus ait, *Si Dei altiori iudicio à perditione massa non sunt gratia prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhuc tenuerunt, vel dicta diuina, vel facta, per quae posset credere, si audirent vique talia, & viderent, ergo ex eadem Dei voluntate prouenit, ut in aliis non electis vocatio sit tantum sufficiens, & non efficax.*

Inefficacia. Nihilominus dicendum est primò inefficaciam gratia sufficiens auxilij nullo modo posse in Deum re- cientes non fundi, nec illi ut cause, nedium ut primæ radici penderet attribui: sed prima & vñica ratio huius inefficaciae, *est voluntas humana.* Probatur ex Scriptura, voluntate in qua hæc efficacia non Deo, sed homini tribuitur, *Act. 7. Duraceruice, incircuncis cordibus vossemper spiritu sancto resuistis: atque interius vocanti, & per spiritu sancto resuistis.*

Probatur sufficienter inspiranti, & adiuuanti, quantum est essentia ex ex se, ut recte Catholici Scriptores contra Calvini Scripturam ponderarunt, & supra diximus; sicut enim Paulus alibi dixit, *neque qui plantat est aliquid, neque qui irrigat, sed qui in incrementum dat Deus, ita enim resistere voci Prædicatoris exterioris sonanti, nisi per illum vocem spiritus sanctus vocaret, non esset spiritui sancto resistere, et si vocatio illa non esset interior de se sufficiens, illi cooperari non esset duritia cordis, sed in potentia, vnde neque esset resistenter. Quando ergo vocationis interna & sufficiens spiritus sancti non consentitur, tunc spiritui sancto resistitur; ergo talis resistenter tantum abest, ut possit spiritui sancto attribui, quod potest illi iniuriosa, & contraria: vocatio autem exterioris resistenter, non est illi sufficiens, nisi per hanc resistenter vocationem; ergo inefficacia auxilij sufficiens nullo modo potest spiritui sancto attribui, sed est potest illi contraria.*

Inefficacia abest, ut possit spiritui sancto attribui, quod potest illi iniuriosa, & contraria: vocatio autem exterioris resistenter, non est illi sufficiens, nisi per hanc resistenter vocationem; ergo inefficacia auxilij sufficiens nullo modo potest spiritui sancto attribui, sed est potest illi contraria.

Et eodem modo probant veritatem hanc alia testimonia huic similia, ut est illud Matth. 23. *Quoties vobis cangegare filios tuos, & nolueris, & illud I. 5. Quid amplius facere debet vinea mea, & non feci.* Nam profecto si Deus ipse author esset inefficacia auxilij, non solum facere omissem aliquid debitum, sed etiam saceret aliquid indebitum, nam fuisse causa, ob quam vinea fructum non dederet, nulla enim maior causa sterilitatis eius esse potest, quam inefficacia auxilij. idem probant verba illa Osee 13. *Perdiu tua Israel ex te, tantummodo in me auxilium tuum.* Nam perditio homini in eo maximè posita est, quod gratia Dei evanescat, & spiritum extinguit, eius auxilio non vredendo, quod est illud inefficax reddere, ergo hac inefficacia hominis ab ipso est, non à Deo, à quo solum auxilium prouenit, inefficacia autem non est auxilium, sed potius dici potest defectus auxilij, si à Deo proueniret. Denique hoc confirmant illa testimonia, in quibus dicitur Deus hominum salutem velle, 1. Timoth. 2.

In qua potest sit perditio hominis.

Et illa in quibus dicit Deus, se nolle mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & vivat, Ezech. 18. & 33. Nam cum inefficacia auxilij neque digna potentia, neque vita, aut salus animæ subfistere potest; si ergo Deus procuraret homini auxiliorum sufficientium inefficaciam, proculdubio hominis salutem velle, aut desiderare fingeret.

Secundò probatur eadem veritas ex Augustino, nam in dicta q. ad Simplician. ita de Esau loquitur. *Noluit Esau, & non currit, sed eis volueret, & Procul curruisset, Dei adiutorio perueniens, qui ei etiam vello & c. Agit currere præfando vocaret, nisi vocatione contempta reproba.*

*bm fieri. vbi in solam Esau voluntatem causam reuocat, ob quam vocatio illa non operata est velle & currere, quod est vocationem esse efficacem,*

*quia nimis illam contempsit, & eodem modo in lib. 93. q. 68. dicit de Pharaone fuisse vocatum vique sufficienter, & quia vocationis obtemporentur, pœnam obdurations meruisse.*

*Et de vocatis ad Cœnam. Luc. 4. Non omnes qui vocati sunt venie- In Plaut. voluerunt, nec illi qui venerunt, venire possunt; nisi venerantur. In eis ergo qui non venerunt, ex sententia Augustini vocatio inefficax est, solum quia vocatio venire noluerunt, vnde generaliter subiungit, Neque illi sibi debent tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt, neque illi, qui noluerunt venire, debent aucti- buere, sed tantum sibi, quoniam vi venientes vocati, erant in lib. liberæ aorū voluntate. Si ergo alteri non possunt tribuere, multo minus Deo. Tertio expressum & egregium Augustini testimonium lib. 2. de peccato merito, cap. 17. vbi prius querit, *Cum voluntate humana, gratia adiuuante diuina, sine peccato in hac via bono esse posset, cur non sit?* Et subiungit, *Potest facilius merito respondere, quia non volunt.* Potest vero querentes causam cur nolint, duas reddit, ignorantiam nempe, & in- & infirmitatem, & subiungit, *Vt autem innotescat, quod non quod latiebat, & suauissim, quod non delectabat, gratia Dei voluntate est quia hominum adiuuare voluntatem, quia ut non adiuuatur, in ipsi sibi causa est, non in Deo.* Quartò inhib. de grat. & lib. arbitri. cap. 2. reprehendit eos, qui etiam de ipso Deo se excusare conantur. *Et contra eos obicit illud Iacob. 1. Deus neminem tentat, & illud Pro- 19. Inscriptio viri violat vias eius, Deum antichristi causatur in corde suo.* Si autem carentia efficacie auxilij in Deum, ut in primam causam refundi posset, profectò magna ratione possent homines exsulare apud Deum de ipso Deo. Denique hoc optime confirmat idem Augustinus epist. 15. dicens, *Deum inducere aliquos non impertinendo misericordiam, & adiungit, Quibus eam non impertinet, neque dignam, neque merentur, ac potius ut non impertinetur, hoc dicitur, hoc merentur.* Consentit hinc doctrina & tanquam Augustinianam defendit Prosper ad ob- jectiones Vincent. cap. septimo ad ob- jectiones Gallor. ad 7.*

Tertio potest eadem veritas rationibus confi- mari, duas enim haber partes, vnam negariunt, probant quod talis inefficacia non sit Deo tribuenda, alteram affirmatiuam, quod homini imputetur, & vna sequitur ex alia. Vnde prima ratio sit, quia reddere vacuam effectu Dei vocationem, in his quæ sunt ad salutem necessaria, seu quando nos vocat adimplenda præcepta, non fit sine peccato, aut sine auer- ficatione hominis à Deo, sed auctor hominis non potest Deo tanquam authori tribui; ergo neque in inefficacia sufficiens gratia potest illi tribui. Consecutio sequentia evidens est. Maior etiam nota est ex scripturis allegatis. Cum enim Stephanus Iudeos repro- prietatem allegat, quod spiritus sancto resuistit gloriam suam, & ipsius culpe illos arguerat, & idem confirmat ipsius sapientia communatio Proverb. 1. *Quare ceperat sapientia omnem confitum meum, & non fuit quipper, desponsatus omne confitum meum, & in- ideo*

ideo etiam Christus Dominus Iudeus dixit Ioh. 15. Si non venissem, &c. nunc autem excusationem non habent de peccato suo. utique infidelitatis, vt exponit Augustinus, & ratio est clara, quia auxilium sufficiens non sit inefficax, nisi non cooperando illi, sed qui non operatur: seu resistit, vel non respondet vocacioni in materia necessaria & praecpta, eo ipso non implet praeceptum; ergo illa resistitio non sit sine graui culpa, sicut ergo graui culpa non potest Deo imputari, ita nec inefficacia auxilii. Unde merito dixit Augustinus lib. 2. de peccat. merit.

Confirm. cap. 5. Si à Deo aterimus, nostrum est, & tunc secundum author, dám carnem sapimus, &c. Conuerso ergo Deus adiuuat, 15. August. aterimus, & cap. 18. Quod à Deo nos aterimus, & Prospeti- nostrum est, &c. & Prosper ad cap. Gallor. in 7. cùm dixisset multis prius à Deo apostolata, & in sua auctorione adiuinare, subiungit, sed horum lapsum Deo tribuere im- meditare, prauitatis est.

Inefficacia Imo addo non solum in materia praecepti, sed etiam in materia consilij resistere distinca inspirationi, & auxilio diuino sufficiens, illudque inefficax reddere, nunquam esse ex Deo, sed ex homine. Ratio est, quia si illa resistitio liberi arbitrii, per quam tale auxilium redditur in efficax, interdum non sit peccatum, semper est defectus quidam, & imperfectione virtutis, ideoq; non potest in Deum refundi. Item, quia quoties Deus praeberat auxilium proximè sufficiens ad aliquid bonum propositum, vel auctio ipsius hominis, procedit ex voluntate Dei saltem antecedente, quā verè & non si- & tē cupit homo habeat talem actum; ergo non potest ipse Deus esse radix & causa resistitio ho- minis, quia hoc repugnat cum illa Dei voluntate si- vera sit, & non ficta. Nam velle quantum ex se est vultus fiat, & altoqui impedit cooperationem hominis, velex propria voluntate ciff causam eius, repugnanciam sunt. Item quia si vocatio est vere sufficiens, confer homini, & in eius potestate & arbitrio constituit, quidquid necessarium est ad efficiendum actum, ad quem tale auxilium dicitur sufficiens; ergo fieri non potest vt per Deum ipsum sit, quominus talem actum efficiat, quia hoc aperit repugnat cum auxiliis sufficiens ex parte Dei. Atque haec rationes concludunt vniuersali- ter, & in quacumque materia, non posse inefficaciam auxiliis altoqui sufficiens ex parte Dei, ipse met Deo tanquam prima radice, aut verè causæ attribui. Repugnat enim talis prouidentia modus, vel cum diuina voluntate, vel cum constantia, & immutabilitate voluntatis eius, ac subinde cum eius sapientia, & erga homines charitate.

Atque hinc concluditur altera pars, nimirum solum hominem & infirmam ac fragilim voluntatem eius esse propriam causam inefficaciam sufficiens auxiliij. Probatur primo, quia nulla causa creata, vt Dæmon, cœlum, appetitus inferior, hominis suatio, vel alia similia, potest hominem cogere, seu necessitatem ad non respondendum vocacioni, quando illa sufficiens est, vt suppono; ergo ex sola intrinsecâ libertate hominis recipientis oritur ille defectus, quia Deus non vult illi inferre necessitatem, nec erat conueniens, quia destrueretur meritum, & humanus operandi modus, & alioqui voluntas ipsa creata deficiens est; illi ergo debetur dividere & cooperandi gratia, non Deo. Item hoc evidenter probatur, quoties in hac res- tientia, seu dissensu à vocacione peccatum interue- nit, quia propria causa culpa, hominis est arbitrii: ergo quoties inefficacia auxiliij ex culpa hominis nascitur, illi tribuenda est, non alteri. Hoc item generaliter probat ratio de sufficiencia auxiliij, nam si homini datur auxilium sufficiens ex parte Dei, quale à nobis explicatum est, per nullam causam extrinsecam potest efficaciter impediri, quia licet

Fr. Suarez de Gracia Pars II.

forte inferentatio, si auxilium Dei in eo tempore & in ea oportunitate, in qua datur, est simpliciter sufficiens, consequenter de se potens est ad vincendam omnem tentationem: ergo quod homo succumbat, & inefficax reddat tale auxilium, illi soli tribuendum est.

Et hoc satis confirmant adducta testimonia, quibus addi potest egregium Augustini testimonium lib. 3. de lib. arb. cap. 16. dicentes, Ex eo quod non accepit, nullus est reus, ex eo vero quod non facit, quod debet, iustus reus est: debet autem si accepit & voluntatem liberam sufficientissimam facultatem. Vnde subinfert, Dum non facit quisquis, quod debet, nulla culpa est conditoris. duo enim requirit Augustinus, vt aliquid homini impuret, scilicet voluntatem liberam, & auxilium sufficiens: haec autem supponuntur in homine impedit auxiliis sufficiens effectum; ergo illi soli imputatur. Eandem doctrinam latè tradidit Aselm.

lib. de Concord. cap. 3. aliquantulum ab initio, vbi in summa docet, illi soli possit lapsum attribui, cui & adiutorium non defuit, (utique sufficiens,) sed illud recipere noluit. Denique Hug. Vict. lib.

de Sacram. part. 5. cap. 24. de Angelis qui stererunt & ceciderunt, ait: Qui conuertebantur, idcirco bene morebantur, quia gratiam cooperantem habuerunt; sed qui euerterebantur, non ideo precipitabantur, quia gratiam cooperantem non habuerunt, sed idcirco à Deo deserebantur, quia auertebantur, & precipitabantur. In quo testimonio multa sunt notata digna, qua pro dictis curis disputationis de gratia efficaci multum deseruunt. Quod vero nuncad rem ponderamus, solum est etiam in Angelis non referri inefficaciam in autho- rem gratia, sed in liberum arbitrium. Et similia habet, licet obscurioribus verbis, in summa sentent. p. 2. cap. 2. quæ postea commodiori loco ex- plicabimus.

Tandem ex dictis concluditur auxilium sufficiens non esse de se inefficax, potestque in hunc modum declarari, & probari. Quia si gratia sufficiens est de se inefficax, vel intelligitur de inefficacia in actu est de se in-

efficaciam.

Etiam in gratia inefficacia pen- der ab eoru libertate. 9. gratia inefficacia pen- der ab eoru libertate.

non esse de se inefficaciam in actu primo: nam oppositorum proportione seruata, eadem est ratio: dicitur autem auxilium efficax in actu primo, quod de se potens est ad efficiendum actum, etiam si de facto effectum non sit. Hoc autem ipsum significatur nomine auxilij sufficiens, & ideo Patres sæpe illud efficax vocant, utique in actu primo, ergo si auxilium est sufficiens, est etiam de se efficax in actu primo. Vnde argumentor secundò, quia cum tali auxilio inefficaci voluntas non solum non operabitur, sed etiam non potest operari; ergo si voluntati datur solum auxilium de se inefficaciam, non potest illi imputari, etiam si non operetur, cuius contrarium probatum est. Antecedens patet, quia sine actu primo de se efficaci, id est, habente vim actuam necessariam, non potest potentia prodire in actu, maximè cum etiam supponatur potentia de se inefficaciam ad actu, nisi aliunde eius defectus suppleatur. Vnde sumitur tertia ratio, nam ideo voluntas Ideo volū- indiget auxilio superaddito, quia de se est inefficaciam indiget in actu primo; ergo si auxilium quod additur, est gratia, quia etiam de se inefficaciam, indigebit alio auxilio com- ex se est in- plente efficaciam in actu primo: ergo sine illo erit actu primo. efficaciam in actu primo.

operando attribuendus esset defectui gratia, & consequenter Deo, & (ut sic dicam,) imperfecta prouidentia eius quod quam sit falsum, & ostensum est, & prosequar.

Responde-  
tur ob-  
iectio.

Dicit aliquis has rationes recte procedere de auxilio proxime & completere sufficienti, & de illo conuincere esse efficax de se in actu primo, nihilominus tamen posse dari auxilium absolute sufficienti, quod non est completum principium in actu primo, sed indiger aliquo alio complemento. Respondemus tale auxilium non esse proxime sufficienti respectu illius effectus, ad quem requirunt nouum auxilium per modum principij, & actus primi, & ideo necessarium esse, ut derur aliquis prior actus ad quem tale auxilium sit completere sufficienti, vel certe nullo modo esse auxilium sufficienti, ex dictis superioribus constare potest, & in sequentibus iterum atque iterum occurret necessitas illud inculcandi. Vel denique aliud nouum auxilium non erit necessarium per modum principij, sed alio modo, nimis per modum actionis, & ita non erit in se necessarium ad posse, sed ad agere. Oportet igitur ut sit in potestate hominis habentis auxilium sufficienti, alioqui sufficientia destruetur, ut cap. sup. probatum est, & nunc etiam in secundo membro supra posito patebit.

Probatur  
assertio de  
inefficacia  
in actu se-  
cundo.

Probatur ergo altera pars, nimis auxilium sufficienti non posse esse de se inefficax in actu secundo, quia talis inefficacia in hoc solum consistit, quod auxilium non actu operetur: non potest autem hoc proueniare per se ex ipso auxilio, quod probatur, quia sufficientia causa proxima, & applicata ad operandum cum omnibus requisitis ad agendum, & ablatis omnibus impedimentis, non potest cessare ab operatione actuali, nisi vel propter libertatem, vel quia Deus negat concursum: in praesenti autem auxilium sufficienti supponitur principium in suo genere sufficienti, & applicatum voluntati cum omnibus requisitis, nam, (ut dixi,) haec omnia includit vocatio proxime sufficienti, ergo non potest cessare ab operatione ex defectu concursus diuini, quia ille est unum ex necessariis ad agendum, & ideo dato principio proximo agendi, sufficientia in suo genere, concursus ex parte Dei requiritur, sic ut est debitus connaturali debito, ita etiam ex parte Dei offertur, & in manu hominis constituitur. Nam si in aliquo casu Deus miraculosè negat concursum, ut in igne Babylonico, tunc carentia actionis Deo ipse tribuitur, & non inefficacia virtutis proxima. Ergo in praesenti, quod homo per auxilium sufficienti non operetur, non prouenit ex diuini concursus defectu, nec potest refundi in Deum. Supereft ergo, ut defectus operationis in actu secundo, quando auxilium supponitur completum in actu primo, & sufficienti, prouenire non possit nisi ex libertate integræ & proximæ causa actu. Sed haec libertas non conuenit auxilio de se, sed ratione subiecti, in quo est, ergo quod tale auxilium sit inefficax in actu secundo, non conuenit illi de se, sed ex subiecto, id est, ex libera voluntate libertatis humanæ, eius defectu. Sicut quod habitus charitatis actu non elicit amorem, non prouenit ab illo secundum se, quia potius ipse, quantum est de se, inclinat ad actualem amorem: prouenit ergo ex libertate voluntatis, quando alia supponitur cum aliis requisitis ad agendum, nam habitibus utimur cum volumus: ita ergo est in auxilio sufficienti, quod de se habet ut actus primus in ordine ad consensum.

10. Responde-  
tur ad fun-  
damentum

Ad fundamentum contraria sententia primò negari potest, dari auxilium de se efficax distin-  
ctum ab actuali concursu concomitante, sed quia de hoc in libro sequenti dicturi sumus, ut ab illa

quaestione abstrahamus, respondemus quacunque ratione ponatur auxilium aliquod de se efficax necessarium ad operandum, ut saluetur auxilium vere sufficienti, licet actu non operetur, necessarium esse, ut auxilium efficax sit in potestate hominis habentis auxilium sufficienti, vel (quod perinde est,) necessarium est ut sit in potestate hominis operari actu cum suo auxilio sufficienti, ac prouide habeare omnia necessaria ad efficaciam, seu efficientiam auxilii: quia si hoc totum non sit in potestate & libertate eius, impossibile est quod carenia operationis homini attribuatur, ratione cuiusvis, vel non vsus liberi, ut omnia dicta in hoc & in precedenti capite aperte conuincunt. Vnde ad argumentum, posito illo antecedenti de auxilio de se efficaci, neganda est consequentia de sufficiente per se inefficaci. Et ad probationem, quia auxilium sufficienti hinc sumitur ut separatum ab efficaci, respondetur hanc separationem non esse ex natura auxilii sufficientis, sed ex libertate voluntatis, cui datur auxilium sufficienti, & ideo non sequitur quod auxilium sit de se inefficax, sed tantum quod actu sit inefficax. An vero hac responsio coharet cum auxilio per se efficaci ac prædeterminante, viante illius auxiliis defensores, nam si non coharet, profectò negandum potius est tale auxilium per se efficax, quam admittendum auxilium sufficienti de se inefficax.

Vnde ad primam confirmationem respondemus, si tale fingatur auxilium efficax necessarium ad operandum, quale ibi depingitur, sic plane delruit verum auxilium sufficienti, & ideo negamus: ut nec necessitatem auxilii efficacis, quod nullo modo libertate hominis, sed à Dei tantummodo arbitrio pendeat, etiam supposito sufficienti auxilio: quod modo autem hoc debeat intelligi & probari, in lib. aliud ad sequenti dicemus. Et ideo hic solum dicimus, dato hoc quod auxilium sufficienti indigeat notio auxilio ex parte efficaci ad actu operandum illud prædictum esse, nec Dei posse deesse ex parte Dei (alias fingeret potius dare auxilium sufficienti, quam verè illud conferre) & nihil minus tale auxilium efficax posse separari a sufficienti, & actu non dari ex defectu hominis non potest cooperari cum auxilio sufficienti sibi collato. Nec hinc sequitur auxilium illud non esse proxime sufficienti, quia etiam posito tali auxilio sufficienti, est in potestate voluntatis admittere, vel non admittere auxilium efficax, quilibetrum est illi operari, vel non operari cum auxilio sufficienti. Hac autem potest non est libera ad efficiendum aliquid, quod sit voluntatis dispositio ad recipiendum auxilium inefficacis, & id est proxime sufficienti, & non remota, seu mediante alio actu. Hinc tamen recte concluditur, auxilium illud, quod ultra auxilium sufficienti requiritur ad mitantem concursum Dei, qui non sit in nobis actu sine nobis, & semper sit in nobis sufficienter excitatus si velimus. Nam omne aliud auxilium præueniens, quod à solo Deo fieri debeat, non potest esse in immediate in potestate nostra libera, sed ad tali auxilio efficaci procedit argumentum, negamus illud esse necessarium, in modo nec possibile, ut latius libro sequenti dicemus.

Ad secundam confirmationem respondemus, aliud esse loqui de auxilio sufficiente sub hac voce concepto, ut existente in hominibus, qui dant illi resistunt, quod potest dici in sensu composto; aliud vero esse loqui de illo secundum (ut ita dicam) in sensu diviso. Loquendo ergo de illo posteriori modo, nego auxilium sufficienti semper carere effectu, aut intallibiliter manere in efficaci; quia (ut lib. sequenti ostendam) idem reperi-

auxilium sufficiens potest in uno habere effectum, & in alio priuari effectu, ex defectu liberi arbitrij. At vero loquendo priori modo in sensu compo-  
to, verum est auxilium sufficiens semper esse ineffi-  
cax: sic autem negatur consequentia, scilicet de se  
gratia suffi-  
cientis, non esse inefficax, quia non habet ab intrinseco illum  
effectum, sed quatenus est in homine qui illi resi-  
stebat ip-  
sus, sed hoc infallibile in ipso auxilio secundum se specta-  
tum, sed est ex defectu subiecti, qui defectus iam sup-  
ponitur quo ad nos quidem confusus in his, quæ  
frequenter contingunt; quo ad Deum vero di-  
finitè, & clarè in præficiencia eius, quia præ-  
uidet non tantum virtutem causarum & auxilio-  
rum, sed etiam determinationes liberas eorum,  
sive absolute futuras, sive sub quacunque con-  
ditione. Neque obstat, quod tale auxilium la-  
pissimum & in maiori hominum multitudine in-  
ueniatur inefficax, quia inde non sequitur id habe-  
re ex se, sed ex causa libera cui inest, & sufficit ad  
totum illum defectum, imo non potest aliunde  
prouenire, cum in ipso auxilio non sit libertas nisi  
ratione subiecti, & hæc sufficit, ut in malis Angelis  
saris ostentum est, qui gratiam sufficientissimam  
habuerunt.

Ad alteram partem, quæ ad Deum pertinet, con-  
cedimus quidem iuxta illam sententiam de auxilio  
præuiuio se efficaci, vix posse euitari quin caren-  
tia gratia sufficiens auxilio ex sola Dei voluntate  
proueniat, quod nos inconuenientes reputamus, &  
ideo sententiam illam non admittimus, hanc vero  
partem in sequentem librum disputandam reser-  
vamus. Negamus tamen similem esse rationem de  
vocatione congrua, quia licet vocatio congrua sit  
necessaria ad efficaciam auxilij: illa tamen con-  
gruita in re ipsa non est omnino antecedens, seu  
præueniens vnum libeatur, sed est consequens  
& ab arbitrio penderit. Et ideo quod vocatio non  
sit congrua in his, qui tantum auxilium sufficiens  
recipiunt, causa est in ipsis; possent enim face-  
re ut vocatio effet congrua, si vellent gratiam co-  
operari, pro ut re vera possent; vnde attente  
considerandum est, aliud esse, quod in potestate  
hominis sit facere, ut Deus ipse tribuat voca-  
tionem, quam præuidet futuram congruam: aliud  
esse, quod in potestate hominis sit facere, ut  
vocatio sufficiens, qua illi datur, sit congrua.  
Nam secundum dicimus esse in potestate hominis,  
idque sufficit, ac necessarium est, ut auxilium  
sit verè sufficiens. Primum autem re vera non  
est in hominis potestate, sed in sola diuina dispo-  
sitione ac libertate. Ad argumentum ergo conce-  
dimus utramque partem antecedentis, nimurum,  
cui Deus donat primam vocationem congruam  
sua misericordia, & libera voluntate dare, & cui  
donat, quam præuidet futuram incongruam, e-  
gredi con-  
tiam pro suo arbitrio illam dare, & non melio-  
rem; inde vero non sequitur Deus esse causam  
inefficacis vocationis, quia de se potius veller ta-  
gum est a men vocationem esse congruam, præuidet tamen  
Deo; sed non esse talem futuram ex libertate hominis, &  
quod sicut permittit: non est tamen Deus causa defectuum,  
tum incon-  
gruam quos permittit; vnde tota illa argumentatio pro-  
cedit ex aequiuocatione illa, quod non distinguunt  
inter liberam distributionem vocationis, quam fa-  
temur esse ex Deo, & causam vnde vocatio haber-  
quod sit incongrua, quæ non est ex Deo.

Est autem animaduertendum Deum cum ex-  
teritate voluit quibusdam dare vocationes, qua  
præuidet futuras esse congruas, alius vero quas  
præuidet futuras esse inefficaces; aliter voluisse  
vnum, quæ aliud: nam vocationes congruas di-  
rectè voluit & ordinavit, quæ tamen vero incongrue-  
sunt, non illas voluit, nec procurauit, sed tantum

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

permisit, quia oculi eius mundi sunt, ne videant incongru-  
malum, seu defectum, vique volendo, vel applicando, sed tantum permitendo: nemini autem occa-  
sione præbendo, ut in vacuū gratiam recipiant,  
seu relinquendo illam, seu non auferendo, sed libe-  
rum, ac contingente cursum causarum permit-  
tendo quia nec tenetur causarum ordinem immu-  
tare, nec abundantiora auxilia præbere quam ne-  
cessaria sint. Nec etiam debuit auxilia sufficiens denegare  
denegare his, quos videbat male illis esse vniuersos, gratia male  
qua illa erant necessaria ad liberum vsum volun-  
tatis, & ut defectus salutis talium hominum non  
posset Deo imputari. Itaque illa distributio auxi-  
liorum in quibusdam ostendit singularem Dei gra-  
tiam, & benevolentiam, in aliis vero iustitiam, in  
utriusque vero mirabilem prouidentiam, quæ non  
excusat eorum hominum negligentiam, qui suffi-  
cienti auxilio cooperari contemperunt. Et ideo licet  
verum sit, cui Deus non donat efficax, seu con-  
gruum auxilium, libera voluntate non dare, non  
inde sequitur Deum esse causam, cur auxilium sit  
inefficax, sed solum sequitur præuidisse Deum, ex  
voluntate hominis futurum fuisse, ut non habeat  
effectum, & nihilominus voluisse illud dare, per-  
mitendo illum defectum, & noluisse alium dare,  
quod præsciebat habiturum fuisse effectum, quæ  
sunt inscrutabilia iudicia Dei, quæ Augustinus uti-  
que scrutari non audet, sed admirari.

Atque hoc vno verbo responsum est ad testimo-  
nia in contrarium inducta, in primo enim loco ex Responde-  
re. 2. ad Simplician. de hac distributione voca-  
tionum congrua, vel incongrua aperte loquitur, & monia pp.  
illam refert in diuinam voluntatem, & liberae e. allata  
lectionem, quod verissimum est modo declarato.

Et huic sensui congruunt cætera, quæ ibi Augustinus  
disputat. Cum autem dicit, ad quosdam perue-  
nire vocationem, quæ talis est, quæ moueri non  
possent, qui ei capiendæ non reperiuntur idonei, se-  
cundum præscientiam dicum est, non secundum  
intrinsecam incongruitatem vocationis, nec secundum  
intrinsecam impotentiam voluntatis ad ope-  
randum cum tali vocatione: nam re vera, simpliciter,  
& (ut aiunt,) in sensu diuino, potuissent sic vocati  
venire, & vocatione sese accommodate cum gratia  
Dei cooperante, quæ illis præstè fuisse, si per eos  
non fuisse, ut satis in cap. 2. 3. & 4. probatum est.  
Tamen quia Deus talem vocationem illis hominibus  
dare voluit, præsens illos non fuisse confusuros  
vocationi, ideo dicitur data illis vocatione, qua in  
sensu compo-  
to moueri non possent, seu clarius,  
qua ita possent ut de facto non essent bene illa po-  
testare vniuersi. Eodemque modo tali vocationi capien-  
da non erant idonei secundum præscientiam, aut  
secundum futurum vsum, non secundum absolu-  
tan capacitatem, & potestatem, & hanc esse Augus-  
tini mentem, ex dicendis in sequenti testimonio  
apertiis ostenderunt.

Eandem interpretationem habet alter locus de  
prædict. Sanct. Augustinus enim ibi non dicit Deū, alijs loci s.  
non omnes quos docet, ita docere ut possint venire Aug.  
ad Christum, sed dicit, non omnes ita docere ut ve-  
niant, quod verissimum est, etiam primi fali-  
sum absolute, & in sensu diuino loquendo, ut expli-  
catum est, dicit præterea cum posset Deus omnes i-  
ta docere, ut venirent, id est, efficaciter, seu congrue  
vocare, nolle id facere, idq; vnum esse ex occultis  
mysterijs Dei, in quo & misericordia in quibusdam  
& in alijs iudicium offendit. Vnde cum ait,  
quos autem non docet iudicio, non docet, intelligendus est,  
quos si non docet, id est, ita ut veniant, nam alijs qui-  
dem modo etiam eos docet sufficienter ut venire  
posint, & veniant si velint; iudicium vero, seu my-  
sterium est, quod non aliter eos docet, cum posint,  
nec inde sequitur inefficaciam talis doctrinæ Dei ex

Dei ordinatione proueniare, sed ex permissione tantum, ut explicatum est, & simili modo limitandum est quod dicit, cum Prædicatore insonante aliqui non credunt, eos foris audire, intus non audire, nec discere, id est, non ita interius audire ut discant: nam quod interius etiam aliquo modo audiunt, necessariò dicendum est ut auxilium sufficiente recipiant, iuxta dicta in cap. 2.

Tertium denique testimonium eodem fere modo facilè declaratur. Sed in primis notandum est ille modus loquendi Augustini de Tyris & Sidoniis, re-

Quomodo licet sunt qui etiam credere potuerint. Nam sensus est, re- credere potuerint, qui credidissent, si talis signa vidissent, tuisserint, qui hoc enim affirmavit Christus in verbis proximè se- relicti sunt, loquitur enim Augustinus per verbum vtrum s. Aug potuerint, vel intelligendo potestatem in actum re- duendum, vel intelligendo etiam secundum præ- scientiam, quæ futurum effectum includit, & ita constat hanc esse phrasim Augustini, ut in primo testimonio interpretari sumus, quam sumpit ex simili loquendi modo Christi Domini, cuius verba ibidem allegat, qui de Iud 8:10 dixit, Propriæ non poterat credere, quia de illo dixit Isaïas: Ex cœlo cor populi hu- ius, &c. Ioan. 12. propriea enim non poterant quod nol- bant, ut ibi ait Chrysostomus, & Prosper ad obie- ctiones Vincent. in 6. tamen quia Deus illam vo- luntatem eorum præsciebat, ideo in sensu compo- sito non poterant, & sic etiam non erunt obscura sequentia verba Augustini, quoniam ut credenter non erat cùs datum, etiam vnde crederent & negarent; aut enim non esse eis datum credere secundum prædestinationem diuinam, (nam haec etiam est, vñta locu- tio Augustini,) supponit autem Augustinus effica- cia auxilia ad exequenda media prædestinationis diuinam ab electione diuina descendere, seu à proposito, ut loqui etiam solet Augustinus, & ideo ait, quos Deus non eligit ad salutem, vel ad fidem, etiam non dedidit eis vnde credentes, non quia eis negauerit vnde possint credere, nec quia aliquid ex parte sua negauit, ratione cuius non sunt vñilla potestate, nec credide- rūt, sed quia negauit illis, vel dare noluit etiam vo- cationem, quia de facto crederent, quam ipse non ignorabat, & dare potuerint, & eundem sensum habent vñtima verba, ut facile cõsiderant patebit.

Quando idem dicit aliquib. nec idem est datum, etiam vnde crederent & negarent; aut enim non esse eis datum credere secundum prædestinationem diuinam, (nam haec etiam est, vñta locu- tio Augustini,) supponit autem Augustinus effica- cia auxilia ad exequenda media prædestinationis diuinam ab electione diuina descendere, seu à proposito, ut loqui etiam solet Augustinus, & ideo ait, quos Deus non eligit ad salutem, vel ad fidem, etiam non dedidit eis vnde credentes, non quia eis negauerit vnde possint credere, nec quia aliquid ex parte sua negauit, ratione cuius non sunt vñilla potestate, nec credide- rūt, sed quia negauit illis, vel dare noluit etiam vo- cationem, quia de facto crederent, quam ipse non ignorabat, & dare potuerint, & eundem sensum habent vñtima verba, ut facile cõsiderant patebit.

## C A P V T VII.

### Vñrum auxilium sufficiente detur interdum præde- stinatus, vel solu reprobus.

Hæc tenus explicuimus, quid sit auxilium suffi- ciens, & quas spirituales vires, quæve auxilia includat; nunc superest videndum, quibus & quo- modo detur. Omnium autem hominum multitu- do (idemque est de Angelis) in duas classes præde- destinatur & reproborū distinguuntur, quæ par- titio sumitur per diuersum ordinem ad conse- quentem vñtima beatitudinis, ad quam etiam haec auxilia ordinantur, ideoq; in primis per coopara- tionem ad illa duo membra explicandum à nobis est, quibus detur auxilium sufficiente, & in presenti duo inquiruntur, vñnum an reprobus detur, aliud an detur prædestinatus, vel sit proprium reprobo- rum saltē quoad illum modum quo dici solet pro- prium, quod alicui soli conuenit, & in priori qui- dem puncto hæretici huius temporis negant dari auxilium sufficientis reprobus, sed tantum electis, & pro eadem sententia refertur Cosmas Philar. quæst.

1. Status quo-  
stionis.

2. Hæretici  
negant dari singulare de prædest. cap. 22. & videtur sauere Iſi- auxilium sufficiens spirituale auxilium solis electis dari; ratione idem

suaderi potest, quia reprobus vel non datur suffi- ciens gratia, ut ad fidem veram conuertantur, vel de- faltē non datur ut credentes iustificantur, vel de- nique non datur ut semel iustificati vñque ad hæ- nem in iustitia perseverent: ergo simpliciter non datur eis auxilium sufficiente ad salutem. Con- sequentia evidens est, quia sine fide, iustitia, & per- severantia in illa saluari non possunt.

Antecedens quoad primam partē probatur, quia credere non possunt nisi trahantur ad Deo, dicente Christo Domino, Nemo potest venire ad me, nisi Pa- mens traxerit eum. Venire autem est credere, dicente eodem Domino, Omnis qui audiuit à Pare, & didic- venit ad me. vt ibi, & sepe aliis Augustinus exposuit, & multi reprobi non trahuntur ad Patrem, ad Christum per fidem, vt experientia docet; ergo illi non pos- sunt credere; ergo non accipiunt auxilium sufficiente ad credendum, nam auxilium sufficientis ad posse, vt diximus, idemq; argumentum de secundo me- bro heri potest, quia sicut non potest quis venire ad Christum per solam fidem, nisi trahatur, ita nec po- test venire per fidem viuam, seu per vitam fidei, qui est charitas, seu per fidem, quæ per dilectionem o- peratur, nisi etiam trahatur, nam quod Christus hi- dem dixit, hoc est opus Dei, vt credatur in ipsam, non minus de fide viua, quam de sola substantia ficietur vel; at vero multi credentes non trahuntur vt diligant, ergo nec ipsi credentes, si reprobi sint, accipiunt auxilium sufficientis ad amandum, & consequenter nec vt iustitiam consequantur. Denique tercius probatur, quia nemo potest perseverare sine spe- ciali perseverantia dono, sed hoc non datur repro- bis: ergo non possunt perseverare; ergo non recipiunt auxilium sufficiente ad perseverandum.

In contrarium autem videtur hoc auxilium suffi- ciens ita esse proprium reproborum, vt in præ- destinatis locum non habeat, nec illi detur, quia au- xilium sufficiente prout distinguitur ab efficaci, (hæ- enim de illo agimus,) tale est, vt non consequatur salutis effectus: sed prædestinatis non datur tale auxilium, sed illud quo comparatur certissima la- turis effectus; ergo, minor pater ex definitione præ- destinationis tradit ab Augustino l. de bono per & prob. seu. cap. 14. Prædestinationis est præficiens, & preparans ad ag- nesciorum Dei, quibus certissime liberantur quicunque tra- berantur. Beneficia ergo & auxilia prædestinationis semper sunt efficacia; ergo illi non dantur auxilia sufficientia; ergo necessariò dantur reprobus; alias nullis darentur, & solis illis, quia omnes non præ- destinari, sunt reprobi. Et confirmatione Paulo ad Roman. 8. dicente, sumus autem, quoniam diligenter. Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum pro- positum vocati sunt Sancti, qui sine dubio sunt præde- destinati: nam illos elegit Deus, vt essent Sancti, & immutati in conspectu eius in charitate, ad Ephes. 1. & Augustinus se p̄fissimè exponit. Ergo, teste Paulo prædestinatis omnia cooperantur in bonum: omnia ergo media salutis, ac subinde omnia auxilia sunt in illo efficacia quia sunt illis ad salutem vtilia, hoc est enim cooperari illis in bonum, & rationem infinitam Paulus, quia secundum propositum (vtique Dei) vocati sunt, id est, ex absoluto decreto quod Deus habuit de illorum sanctificatione perpetua, ex quo propo- sitio non oriuntur nisi media & auxilia efficacia. Vnde sumpit Augustinus modum illum loquendi in illo frequentissimum de vocatione ex proposito, quam dicit esse efficacem & propriam electorum, vt in sequenti lib. videbimus, ac denique significa- tur à Paulo in verbis sequentibus. Nam quos pre- faciunt, hos & prædestinatis conformes fieri imagi, sibi sibi: quos autem prædestinatis, hos & vocatis, utique ex pro- p̄ficiens, hos & iustificavit, ac subinde efficaciter vocavit. quos autem vocavit, hos & iustificavit, ac subinde iustificavit, dando scilicet illis efficacia media ad per- permanē.

Gratia sufficiens datur  
reprobis, id est ordinatis ad vitam aeternam  
reprobis, id est maxime necessarium, ut  
naturis ad vitam aeternam.

uerandum: ergo predestinato auxilia tantum efficacia sunt.

Resolutio autem huius puncti facilis est si duo considerentur, vnum est, auxilium sufficiens dici posse ut in ordine ad salutem aeternam consequentiam, vel in ordine ad vnum, vel alium actum, aut modis ut detur auxilium sufficiens, necessarium est ut detur ad illa tria supra posita, scilicet ad fidem, iustitiam, seu operam, & perseverantiam, & ratio ibi facta probat, quia haec tria necessaria sunt ad salutem: posterior autem modo potest aliquod auxilium esse sufficiens tantum ad credendum, vel tantum ad sperandum, & sic de aliis, ut per se notum est. Aliud considerandum est, licet homines omnes vel sint predestinati, vel reprobis, nihilominus posse veroque considerari, vel praeceps quatenus predestinati, vel reprobis sunt, vel secundum quamdam communem & abstractam rationem qua sub sunt generali prouidentia Dei, qua non specialiter ad predestinationem, vel reprobationem, sed ad communem totius vniuersi prouidentiam pertinet: nam licet quis sit reprobis, non semper operatur ut reprobis: & e conuerso, licet aliquis sit ele-

Reprobis non est, non semper operatur ut talis. Vnde etiam fieri potest, ut multa auxilia gratis conferantur prede- gatis, ut reprobis, non ut predestinati sunt, id est, non ex pecu- liarii proposito efficacia salvandi illos, sed ex gene- rali prouidentia, quia Deus nemini negat generalia subdia, & vnumquemque motus suos agere finit.

De reprobis autem alterum loquendum est, quia illis non dantur auxilia gratiae ex reprobatione illorum, quia donatio est ex primaria intentione Dei, sicut glorificatio; nihilominus tamen dici possunt quae- dem auxilia dari reprobis, cum praescientia & per- missione damnationis ipsorum, quia prouidentur illis abusuri, & nihilominus eis dantur cum tali permissione. Alia vero auxilia eis dari possunt cum praescientia alicuius fructus, & virtilitas, quae dici possunt dari illis non ut reprobis sunt, sed ut pre- destinati secundum quid, utique ad fidem, vel tem- poralem salutem. quae quidem auxilia possunt in reprobis esse suo modo efficacia, ut libro sequenti dicimus, nam ad materiam de auxilio efficaci id pertinet.

Dico ergo primò. Auxilium tantum sufficiens ad salutem aeternam consequendam, proprium est re- proborum quod hoc quod solis illis datur, non as- sero nunc dari omnibus reprobis: hoc autem tra- standum est specialiter in sequentibus sed dico dari reprobis, non vero predestinatis. Vtraque pars est certa & facilis. Nam de predestinatis evidenter eam probat ratio, & testimonia secundo loco pos- tui, quia non negamus auxilia data predestinatis esse sufficiencia, sed negamus esse tantum sufficien- tia, id est, incongrua & carentia effectu, quia sicut predestinatio non potest carere effectu, ita neque auxilia omnia, quae ex predestinationis prepara- rantur electis, possunt effectu externe salutis carere. Non possunt ergo tantum esse sufficiencia, saltem in sensu compagno, nimirum quatenus ex predestinatione, seu proposito Dei procedunt. Et inde concluditur altera pars. Nam auxilium non dicitur sufficiens tantum in ordine ad singulos actus huius vi- te, vel tantum in ordine ad temporalem iustitiam, sed etiam in ordine ad gloriam consequendam, ut probant omnia in superioribus adducta; ergo tale auxilium aliquibus hominibus datur, sed non pre- destinatis; ergo reprobis.

Dices, si illi tantum reprobis, superuacane datur illis auxilium sufficiens ad salutem. Item si Deus dat il- listale auxilium; ergo dat ut est tantum sufficiens, ergo ex instituto quareit Deus occasiones, in quibus det auxilium, ita ut sit incongruum. Respon-

F. Suarez de Gratia Pars. II.

deo Deum non dare hoc auxilium reprobis ut re- probi sunt, sed ut sunt ordinati ad vitam aeternam consequendam, & ideo non est superuacane in illis tale auxilium, sed est maxime necessarium, ut per Deum non sit minimus homo salutem, ut verè non sit, alioqui quomodo iudicabit Deus hunc tam aeternum? Quia ergo vult Deus antecedenter saltem nam, si vult, saluare hos reprobos, eis dat auxilia sufficiencia; quia vero illos non efficaciter prelegit, dar illis auxilia, quae tantum sunt futura sufficiencia, non tam intendendo exclusionem efficientia, sed per- mitiendo. Nam cum auxilium hoc sit sufficiens, ut de se possit esse etiam efficax, si homo velit ut ca- le detur a Deo; quod vero non sit in re futurum efficax, non intenditur a Deo, sed praevidetur & permititur. Et ita supposita praescientia verum est, Deum dare hoc auxilium reprobis, ut tantum sufficiens est, ita tamen ut ex duobus, quae in illo termino exclusio iunguntur, scilicet sufficiencia & carentia effectus; primum sit intentum a Deo, & secundum permisum. Neque inde sequitur Deum captare occasiones incongruitatis, quia non pre- ceptit intentio, vel propositum damnandi repro- probos, priusquam illorum resistentiam, & conse- quenter inefficiaciam auxilij praevideat, ideoq; illa clausa non est inefficiacia non est intenta, praeceps autem pura a Deo incep- ta, sed prae- uisa, & per- missa.

Dico secundò. Auxilium tantum sufficiens ad aliquos particulares actus, vel effectus, etiam pre- destinatis datur interdum: hoc est clarum & de his de certum. Primo, quia predestinati sepe pec- erant, & a tentatione vincuntur, cum tamen auxi- destinatis, lium sufficiens habeant ad tentationem vincere ad particu- lam, alioqui non peccarent, ut de Adamo qui pra- destinatus fuit, dixit Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 11. & 12. Secundò, quia sepe vocatur a Probarum Deo predestinatus ad opera maioris perfectionis. Paret in A- qua non facit: recipit ergo tunc auxilia sufficiens ad talia opera, quae inefficiacia ab eo redundat per liberum arbitrium. Tertio, quia ad certitudinem predestinationis fatis est quod tot & tanta auxilia in predestinato efficacia sunt, quot ad consequen- dum gradum gloriae, ad quem est praecedit, iufi- ciantur: fieri autem potest, ut multa plura ha- beat auxilia, quae si efficacia essent omnia, mer- tum predestinati cresceret ultra terminum gloriae, ad quem fuerat destinatus. Ergo non solum fieri potest, sed etiam ex hypothesi necessarium est, ut multa auxilia sufficiencia in predestinato sint in- efficacia.

Sed interrogari potest primò, cur Deus conferat predestinato plura auxilia, quam illa efficacia, quae adaequatè respondent illi termino gloriae, ad quem plura de illi elegerat. Respondi potest primò cum D. predestina- Thoma q. 6. de verit. art. 3. nullum auxilium praeto auxilia, uenientis de se esse efficax, & ideo Deum plura auxilia quam effi- cacia prouidere predestinato, quam si essent simplici- cacia, &c. ter necessaria: ut si vnum, vel aliud reddatur ineffi- cacia, alia tandem sint efficacia, & terminus desti- natus infallibiliter obtineatur. Sed hic modus non est ita intelligendus, ac si Deus in modo sue prouiden- tiae vel confusè, vel ignoranter procedat, quia tentando plura media, ut si vnum non succelerit, alius tandem operetur. Hic enim gubernandi mo- dus imperfectionem inuoluit, ideoq; nulla ratione in Deo admittendus, vel cogitandus est, quia eius prouidentia certissima est in singulis, & prius quam decernat dare, auxilium praeognitum ha- beret, an futurum sit efficax, necne, ut posita videbi- mus intelligendum est ergo Deum ita prouidere suis predestinatis, ut regulariter per ordinarias

causas & media pro omnibus destinata illis prouideat, eosq; suos motus agere sinat, non solum necessitatem eis non inferendo, verum etiam nec copiosiora auxilia quam generales causa gratia postulant, illis tribuendo. Hinc ergo quasi morali consequetio necessaria fit, ut multa auxilia sint in eis inefficacia, quæ quidem inefficacia cum non sit à Deo intenta, sed permissa, non oportet aliam rationem illius permissionis querere, nisi quia non oportet propter prædestinationem ordinariū carsum causarum & libertatis impeditum, aut immutare; solum etiam id facit Deus cum prædestinato, quando præuidet sine specialissima prouidentia, vel abundantioribus auxiliis illum non esse consequiturum terminum electionis sua. Quoties autem ordinaria auxilia sufficiunt, & licet in terdum inefficacia sint futura tandem plura, vel quæ satis sint futura, sunt efficacia, per illa omnia Deus prædestinatum ordinat ad gloriam, & ita fit ut cum auxiliis efficacibus simul aliqua inefficacia recipiat.

8. Deinde queri potest, an talia auxilia inefficacia dentur prædestinato ut prædestinatus est, vel sub auxilia ratione, in qua etiam alia interrogatio continetur, videlicet, an hæc auxilia sufficientia sint effectus prædestinationis. Ad quæ breuiter respondeo, si consideretur auxilium sufficiens quoad carentiam efficacia, per se loquendo, sub illa ratione non dari prædestinato ut prædestinatus est, sed potius permitti in illo, quia ad maiorem gloriam non est eleatus. Probatur, quia illa inefficacia auxiliis etiam in prædestinato non est à Deo, neque ex intentione eius, quia nunquam est aliquid boni, ideoq; tantum est permissio ergo per se non conducta ad terminum prædestinationis consequendum; ergo auxilium efficacia, sed ut sufficiens sub ea ratione non confertur prædestinato, ut prædestinatus est. Si vero consideretur illud auxilium efficacia, si quatenus de se promovet ad bonum, & potest esse prædestinatus velit, sic per se quidem intenditur & datur à Deo, per se autem non videtur dari ex peculiari intentione prædestinationis, sed ex generali prouidentia gratia, seu ex voluntate illa generali & antecedenti, quia Deus vult homines salvare, & promovere, si per ipsos non steterit.

Eadem auxilia prosunt, ut hæc auxilia quæ in prædestinato sunt inefficacia ad effectum, proper quam proximè dantur, alia ratione sunt utilia, & in re ipsa aliquid proficit ad finem prædestinationis consequendum, & sub ea ratione possunt esse effectus prædestinationis, & dari prædestinato, quatenus prædestinatus est, & intentione diuina, quantum ad boni, quod est in auxilio: velex permissione quantum ad malum, vel defectum, qui in resistentia liberi arbitrij invenitur; fieri enim potest, ut auxilia quæ fuerunt tantum sufficiens, quatenus sunt Dei beneficia, posse in memoriam reuocata fuerint, ad gratitudinem, vel ad gratiarum actionem, & ad congruitatem & efficiam ultimi auxilij, vel quatenus illis repugnatum est, conferat ad dolorem, & penitentiam. Vnde sicut permisso peccati potest esse effectus prædestinationis, ita etiam permissio inefficacia cuiuscumque auxilij, & sicut alia beneficia diuina, si eis bene vtratur prædestinatus in ordine ad salutem æternam, possunt esse effectus prædestinationis, ita etiam auxilia sufficientia, quatenus magna Dei beneficia sunt, ex prædestinatione esse possunt, & homini ut prædestinato conferri.

9. Respondeatur argumentum, ac primo ad primum. Ad argumentum in principio posita respondendum superest, & quidem in verbis Isidori, gratia spiritualis non significat quamcumque internam gratiam, vel sufficientem, sed illam quæ congrua est, & ad salutem perducit. Ad rationem autem, quia hic non distributiuè, sed indefinitè de reprobis lo-

quimur, satis est responderemus Christianos omnes, quidamiantur, habuisse auxiliū sufficiens ad salutem, quia potuissent agere penitentiam peccatorum, & post illam possent in adepta iustitia peruerare, si velint, utrumque enim definit Concilium Trident. sess. 6. cap. 11. 13. & 14. & de penitentia id recipit sess. 14. Item omnes qui sufficienter audiunt Euangelium, sufficiens auxilium ad credendum recipiunt, sicut numquam credunt; qui verò nec Euangelium audierunt, foris non accipiunt auxilium proximè sufficiens ad salutem, vel ad fidem: accipiunt autem, saltem remotè, & in præparatione voluntatis diuinæ, seu quantum est ex parte Dei: quomodo autem hoc intelligendum sit, postea explicabimus.

Vnde ad locum Ioann. 6. respondetur, eti mali reprobis de facto ad fidem non trahantur, per eos autem stare quominus trahantur, & ideo etiam cum effectu non trahantur, auxilium sufficiens recipere saltem remotè, quia Deus paratus est ad trahendos illos. At illo etiam multos non trahi cum effectu, etiamq; proximum auxilium sufficiens ad credendum accipiunt, quia credere nolunt. Nam quod Christus dixit, *Nemo potest venire ad me, nisi ipsius trahatur*, vel intelligitur de poteſſare, quæ *trahatur* ad effectum reducatur, seu, (quod perinde est), *habet sensum compositum, ac si diceret, fieri non potest ut alius veniat, nisi trahatur a Patre, & nihil minus fieri potest ut aliquis possit venire & non trahatur, quia venire non vult, vel etiam intelligi potest abstractè de trahitione sive sufficiencia, sive efficacia, cum partitione accommoda. Nemo enim potest simpliciter venire, nisi sufficienter, & quantum est ex parte Dei, trahatur, & nulus etiam potest cum effectu venire, nisi efficaciter a Patre trahatur: qualis autem sit hæc efficaciarum, in libro sequenti videbimus. Et quod dictum est de trahitione ad fidem, de trahitione item ad penitentiam, vel dilectionem intelligendum est. De perseuerantia denique quomodo iusti sufficiens auxilium ad perseuerandum accipiunt, licet potest non perseverare, infra tractando de bono perseuerantie in lib... declarandum est.*

Ad argumentum secundo loco factum respondet, probare quidem respectu vitæ æterne consequenda, non dari prædestinatis auxilium sufficiens tantum, sed efficax; non vero probare, quin ad plures actus particulares dentur prædestinatis auxilia sufficiens, quæ ab ipsis inefficacia reddantur. Quia sicut prædestination non excludit à prædestinato omne peccatum, pro toto tempore vite, sed excludit pro aliquo, & præsertim pro ultimo vite articulo, ita multo minus excludit omnem resistentiam diuinae, utrumque auxiliorum sufficientem, ratione cuius definita sufficiencia tantum maneant, & non efficacia. Ad pro omnium confirmationem autem ex loco Pauli Roman. 2. tempore respondetur solum probare, prædestinatis dari auxilia efficacia ad salutem, non tamen probare omnia auxilia, quæ illis dantur, esse efficacia, quia non omnes effectus illorum sunt necessarij ad salutem consequendam, ad quam prædestinati sunt: vel non sunt diuina actualia auxilia dantur illis ut prædestinationis, seu ex vi prædestinationis, sed ex vi generali prouidentia gratia, aut ob alias diuinae sapientie rationes. Velenique, si dantur eis propriæ alii, quam eorum utilitatem possunt simul esse tantum sufficientia in ratione auxiliorum, quia sicut consequuntur actus illos, ad quos per se ordinantur, &

quorum esse possunt principia & causa, nihilominus esse utilia, ut occasio & materia alterius bona operationis, ut satis explicatum est.

## C A P V T VIII.

*Virum auxilium sufficiens datur omnibus hominibus adulis, quantumvis reprobrii sunt.*

**D** E hoc punto disputationi lib. 4. de Praedest. cap. 1. & 3. non possumus autem hoc loco illud omnino prætermittere, se seriem doctrinæ interrumpamus, eiusq; fundamentum in aliud locum remittamus: agemus tamen breuiter, addendo potius nonnullas, quam dicta reperendo. Tractamus solum de adulis, quia in illis solum locum habent actualia gratia auxilia, ut diximus; obiter tamen & per quamdam æquiperationem aliquid de infantibus attingemus. Ratio ergo dubitandi est, quia Deus non vult saluare omnes homines reprobos; ergo non dat omnibus illis sufficientia media, vel auxilia quibus saluentur. Consequenter patet, quia Deus non dat sufficientia media, nisi quibus vult dare finem, semper enim hoc inter se proportionem ferunt. Antecedens vero præcipue probatur ex Augustino, qui multis in locis tractans

auxilia, vnicuique à Deo prouisa. Hæc autem auxilia non sunt singulis prouisa, neque omnibus in particulari dantur sufficientia; ergo.

Hæc ultima propositio probatur primò argu- sicut in finito parvulorum quo sèpè virut Augustinus: tib; bus sèpè nam videmus multos in eo statu relinqui, in quo nō occurrunt nullum occurrit medium sufficientis, quo possit in sufficien- fanti applicari Baptismus, nec potest alicui huma- medium ad nre voluntati attribui, quod non applicetur, quia salutem, ita sepe propter solam impotentiam omittitur; curer- & in adulis

go non poterit idem contingere, in adulis: nam multi non audiunt prædicationem Euangeli, non quia nolunt, sed quia non possunt; & ex hac impo- tientia loquitur, vt etiam subsequentibus auxiliis sufficientibus careant, & confirmari, quia Paulus incidens in similes difficultates de gentibus in suis erroribus & ignoranciis relatis, solum per causas externas, & vniuersales respondet ad. 1. vbi cuin de Deo dixisset, *Qui in præteritis generationibus permisit omnes gentes in eam vias suas.* qualis raciæ obiectio Locus D. respondeat, dicens, *Et quidem non sine testimonio, reli- quis semetipsum, beneficiis de cibis, dans pluvias, & tem- pora fructuosa, implens cibo, & letitia corda nostra.* Hoc ad Rom. 1. apotol. & explicatur, autem testimonium, & hæc beneficia naturalia quomodo auxilia sufficientia ad salutem esse poter- runt? Vnde cap. 17. significat nationes illas sine suf- ficienti auxilio fuisse relatas, dicens, *Tempora huius ignorantia deficiens Deus.* & ad Rom. 1. hæc dicat Gentiles fuisse inexcusabiles, velque quo ad pecca- ta contra legem naturæ significat nihilominus ob eam causam relatos fuisse in sufficientibus auxi- liis, & traditos fuisse in reprobum sensum.

Nihilominus dicendum est Deum, quantum est Afferio af- fesse, omnibus adulis, etiam reprobis dare, vel of- firmans, & ferre auxilia sufficientia ad salutem. Ita docent vera proba- communiter Scholastici D. Thomæ 3. contr. gent. tur.

cap. 199. & q. 14. de verit. art. 11. ad 1. Bonavent. 2. Ex Theo- d. 28. art. 1. q. 3. ad 1. vbi idem sentit Albert. art. 1. ad logis.

4. & Alesius 3. p. q. 69. membro 3. art. 1. & optimè Scot. int. d. 47. q. vnic. ad 1. & ibi Heraclius q. 2. art. 1. Richard. art. 1. q. 1. Gabr. q. 1. & alij com- muniter ibidem, Scot. lib. 2. de nat. & grat. cap. 18. Vegalib. 13. in Trid. cap. 13. Bellarm. lib. 2. de grat. & lib. arb. lata Valent. tom. 2. disp. 8. q. 3. pun- cto 4. Prius autem quām assertione probemus, oporet illam expōnere. Dixi enim, dare, vel offerre, quia auxilium sufficientis propriè non datur, nisi quando homo vocatur, excitatur, aut aliquo si- mili dono in ipso recepto præveniatur: non est autem hoc modo neceſſe, vt omnes omnino homines hoc modo recipiant in se auxilium propriæ gratiæ, possint probis.

Expletatur quomodo Deus deit vel offerat auxilium in sufficien- tia recipiunt in se auxilium proprium gratiæ, possint probis. enim multi illud impide, vt infra videbimus. Et ideo non dixi absolute dare omnibus, sed dari, vel offerri, quia Deus paratus est dare omnibus, & de facto dat si per hominem fortasse non sit. & simili modo licet Deus paratus sit ad dandum omnibus auxilium proximè sufficientis ad salutem, non tamen omnibus actu dat illud, sed tantum remotum, & quia illo non bene vntur, non dat proximum, licet de se illud offerat. Et ita de auxilio sufficiente, siue proximè, siue remotè, intelligenda est assertio, cum illa tamen limitatione, si per eos non sit, vel, quod perinde est, sub illa distinctione, quod omnis datur, vel offeratur.

Sic ergo explicata conclusio probatur ex illo celebri loco 1. Timoth. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Nam legitima expōsatio est vt de omnibus hominibus simpliciter, & sine limitatione. Script. intelligatur, & consequenter non de voluntate 1. Timoth. 2. ita, consequente, & omnino absoluta, sed de antece- dente, & aliquo modo conditionem includente, deberi intelligi, quia prior voluntas non stat cum damnatione reproborum, & posterior sufficit, vt Deus quantum ex se est, vult omnes salvare, &

vt ex vitalis voluntatis omnibus offerat sufficiencia auxilia ad salutem consequendam. Atque ita exposuit Damascenus locum illum lib. 4. de fide cap. 29. in fine. Ambr. lib. 2. de Paradiso. cap. 8. Iren. lib. 4. cap. 22. Augustinus & Prosper locis infra citandis, idemq; in dicto loco de praeceptis latè declarauit, & ex contextu & Patribus latè ostendit. Ut

verò amplius confirmetur, aduerto duobus modis posse intelligi, voluisse Deum ex aeternitate omnes homines salvare; uno modo primaria voluntate, qua intelligatur in eo fuisse priusquam humanæ naturæ generalem lapsum prævidisset, & hoc modo facile intelligitur habuisse Deum illam voluntatem erga omnes homines, & ex vi illius omnibus prouidisse media ad salutem consequendam necessaria, nam omnibus quantum in se est, contrulit originalem iustitiam in primo parente, qui tanquam torus generis caput pro omnibus posteris illam accepit, cum auxiliis sufficientibus ad illam conseruandam, si velit: ergo secundum illam voluntatem, & prouidentiam antecedentem (ut sic dicam) lapsum humanae naturæ omnes salvare. Deus voluit, & sufficiencia media omnibus obtulit, & suo modo dedit: sicut etiam omnes Angelos salvare voluit, & sine ulla dubitatione omnibus sufficientissima media & auxilia præbuit, licet multi male eis vi fuerunt, quod certè Deus non ignoravit, & secreto iudicio permisit. Etratio omnibus communis est, quia veramque naturam, Angelicam, & humanam, Deus propter supernaturalem beatitudinem consequendam creavit, & ideo ad eiusdem prouidentiam pertinet veramque per sufficientiam media ad eum finem dirigere, qua prouidentia illam voluntatem salvandi omnes, quantum in se est, surponit: hic autem sensus nobis non sufficit, quia loquimur de hominibus, prout nunc existunt, & per diuinam prouidentiam ad aeternam salutem, non obstante primi hominis lapsu, ordinantur.

Alio ergo modo intelligenda sunt illa verba Pauli de omnibus lapsis, & prout nunc ex vitiata radice nascuntur, qui sensus sine dubio est intentus Paulo. Primo, quia necessarius est, ut ratio eius sit efficax: obsecraverat enim rogare pro omnibus hominibus, utique mortalibus & peccato infectis, prout nunc existunt, & rationem reddens adiungit. Hoc enim bonum est & accepum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri: ergo necesse est, ut de eisdem hominibus hoc intelligat, pro quibus orandum esse dixerat, & ideo non sine mysterio nomine Salvatoris & verbis salvandi usus est: ut denotaret non obstantibus peccatis orandum esse pro omnibus, quia omnes Deus salvare vult, inquit etiam addidit, & ad cognitionem veritatis venire, quo indicavit, etiam infideles omnes sub ea distributione comprehendi, quia illos etiam Deus vult illuminare, & salvare.

Secundo hoc maximè confirmat alia ratio ab eodem Paulo subiuncta. Vnde enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. ac si diceret, sicut unus est Deus, qui omnes homines ad beatitudinem ordinavit, ita est unus & idem Deus, qui eisdem hominibus a se pro peccatum auersos, & ab illa felicitate extores salvare voluit, & unum mediatorem illis dedit, qui semet ipsum in redemptionem pro omnibus daret, pro omnibus moriendo: non est autem Christus mortuus pro innocentibus, sed pro hominibus lapsis; nam, videlicet Paulus ait, 2. Corinth. 5. Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ipse enim est, (ait Ioann. 1. can. cap. 21.) propitiatio pro peccatis nostris, non pro nosmis

autem tantum, sed etiam pro totius mundi; ergo sic omnes homines lapsos redemit Christus, ita etiam omnes voluit salvare Deus, nam ex illa voluntate vniuersalem redemptionem omnibus dedit. Ergo ex eadem omnibus, quantum in se est, sufficiencia media & auxilia salutis prouidet & confert. Nam Christi redemptio, sicut pro quibusdam est efficax, ita pro omnibus est sufficiens: ac subinde omnibus meruit sufficiencia media, & pro omnibus Deum placauit, & non obstantibus peccatis, eis necessaria salutis subsidia, quantum in se est, non denegat.

Et hunc sensum etiam confirmat verbum de presenti vult, quia si post lapsum naturæ non habuerit Deus voluntatem salvandi omnes homines, non obstante illo lapsu, licet areta habuerit voluntatem salvandi omnes homines, si in statu iustitiae originalis permanissent, non posset dicere nolle salvare omnes, quia iam, ut more nostro loquamur, illam priorem voluntatem mutatis, id est, mutatis rebus ab illa deitatis: non amentia, (ait Paulus,) sed non obstante peccato nunc etiam vult omnes salvare, & ad cognitionem veritatis venire, sub quibus verbis videtur media salutis sufficiencia, tamquam in radice comprehendisse, nam qui vult salvare, consequenter vult sufficiencia salutis auxilia præbere. Arque in hunc ferè modum explicitat locum illum Prosp. lib. de vocat. gent. cap. 12. alia 4. vbi verba Pauli tractare incipit, & hanc partem prosequitur lib. 2. cap. 1. 5. 7. & 8. alia 2. 19. 23. & 25. in hoc ultimo loco dicit ex beneficiis Dei monstrari voluntatem, quam habet salvandi homines, videtur a posteriori; dat enim omnibus sufficiencia auxilia, quorum causa est ipsa voluntas, & ideo a priori ex voluntate illa Dei assertionem nostram demonstramus. Eadem expositionem habet etiam obiectio Vincent. & d. Gallorum ybi ciat, non esse dicendum Deum tantum voluisse salvare prædestinatos, sed voluisse salvare omnes: voluntatis autem sua propositum in solis prædestinatis impluisse.

Cui consonat illud 1. Timoth. 4. speramus in Deum viuum, qui est salvator hominum omnium, maximè fidelium. omnium quidem sufficiens, maxime vero, id est, efficaciter fidelium, utique in fide viua ambulantium, & perseverantium, vnde Theophil. Lact. ibi, Omnes quidem vult salutem, maiorem tamen diligentiam, (id est, prouidentiam,) erga fideles ostendit. nec alia certe videtur Theophilus fuisse mens D. Augustini, simpliciter enim in eiusdem tellexit Deum velle omnes homines lapsos in Adam & Iacobino salvare per Christum, vt cap. 18. ostendens ex lib. de spiritu, & lit. cap. 33. vbi hac ratione dicit infideles contra voluntatem Dei facere, cum omnibus quantum est ex se: ad maiorem autem abundantiam & sit doctrinae defensionem voluntate voluntate efficaci & consequenter intellectu veream interpretationem habere possent, quamvis esse vera, absoluè loquendo, necessaria non sit; & ad eundem modum exponendus est Fulgentius. Nam licet in illo cap. 31. nimis illi expositioni infestare videatur, tamen cap. 29. moderationis loquitur, vbi significat Pelagianos ita verba Pauli interpretari esse, ut sentirent Deum non aliter velle salvare electos, quam reliquos, vnde ait hanc Dei voluntatem sicut in vatis misericordia, sic & in vatis ira accipendam existimat, & in fine concludit, promulgat, qui voluntatem Dei, qua omnes homines vult salvos fieri, aequaliter circa redimendos & damnandos existimat, cum interrogati fuerint, cur velit Deus

Vel potius  
eundem la-  
psum, &  
hic sensus  
D. Paulo  
intensus  
fuisse pro-  
batur.

Pauli de omnibus lapsis, & prout nunc ex vitiata radice nascuntur, qui sensus sine dubio est intentus Paulo. Primo, quia necessarius est, ut ratio eius sit efficax: obsecraverat enim rogare pro omnibus hominibus, utique mortalibus & peccato infectis, prout nunc existunt, & rationem reddens adiungit. Hoc enim bonum est & accepum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri: ergo necesse est, ut de eisdem hominibus hoc intelligat, pro quibus orandum esse dixerat, & ideo non sine mysterio nomine Salvatoris & verbis salvandi usus est: ut denotaret non obstantibus peccatis orandum esse pro omnibus, quia omnes Deus salvare vult, inquit etiam addidit, & ad cognitionem veritatis venire, quo indicavit, etiam infideles omnes sub ea distributione comprehendi, quia illos etiam Deus vult illuminare, & salvare.

Secundo hoc maximè confirmat alia ratio ab eodem Paulo subiuncta. Vnde enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. ac si diceret, sicut unus est Deus, qui omnes homines ad beatitudinem ordinavit, ita est unus & idem Deus, qui eisdem hominibus a se pro peccatum auersos, & ab illa felicitate extores salvare voluit, & unum mediatorem illis dedit, qui semet ipsum in redemptionem pro omnibus daret, pro omnibus moriendo: non est autem Christus mortuus pro innocentibus, sed pro hominibus lapsis; nam, videlicet Paulus ait, 2. Corinth. 5. Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ipse enim est, (ait Ioann. 1. can. cap. 21.) propitiatio pro peccatis nostris, non pro nosmis

omnes homines saluos fieri, nec tamen omnes salui fiant, quid respondebunt? Vbi non solum non negat, sed potius supponere videtur Deum velle omnes homines saluos facere; sed addit non aequaliter omnes, nam quodam vult saluare ab soluta & efficaci voluntate, qui etiam suo modo sunt omnes, quia in effectu nullus saluatur, nisi quos Deus isto modo vult saluare, & voluntatem Dei ait esse principium omnis gratiae, quod etiam cum proportione verum est, nam in electis est principium gratiae efficacis, in aliis sufficientis.

7. Et iuxta dictam expositionem etiam veritatem hanc confirmant alia sacra Scriptura loca, quibus postio ex viuersis redemptio Christi comprobatur, ut ex aliis Scriptis illo Psalmo 129. Apud Dominum misericordia, & postea apud eum redemptio, quem expones Paulus. Corinth. 15. ait, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo viae faciuntur, & aperiunt 2. Corinth. 5. Sicut pro omnibus mortuus est Christus. Rom. 5. Nam sicut delictum, ita & donum; sicut vius de lito multum mortuum, multa magis gratia Dei, & donum in gratia novi hominis Iesu Christi implures abundauit. Vnde infra concludit, Igitur sicut per vius delictum in omnes homines in delictum, sic & per vius iustitiam in omnes homines in iustificationem vite. At vero per Adam peccatum omnes omnino homines lapsi sunt; ergo per Christum omnes sunt iustificati, saltem quod sufficientem, quantum est ex parte Dei omnes reconciliati sunt; omnibus ergo parata sunt per Christum sufficientia auxilia, quibus saluari possunt, nam, ut dicitur ad Colossem. i. In iusta participatione plenitudinem inhabitare, & per ipsum reconstitutum omnium in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sicut que in celis, sicut que in terris sunt, in cap. 2. in Christi omnibus ad omnes loquens ait, & vos amittere effectis in delictis, & propter carnis vestrae conuictus, cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, affigens illetrum; & tandem ad E. hec. 1. Ut notum facta Sacramentum voluntatis sue secundum beneficium eius, quod propositum est in eo in dispensatione plenitudinum temporum instaurare omnia in Christo. & infinita similia in Scripturis inueniuntur, quibus aperie docemur omnes homines sufficiere esse in Christo remissionem peccatorum, & diuinam reconciliationem. Vnde cum non omnes in effectu illam obtingant, necesse est ut saltem sufficienter, & quantum est ex parte Dei illam consequantur, quod verum esse non potest, nisi omnes aliquo modo auxilia sufficientia ad salutem reciperent, quae ratio locupletari potest ex Irenaeo lib. 5. cap. 17. & Origen. Homil. 20. in Numer. & Greg. lib. 33. moral. cap. 14. vnde hoc etiam confirmant testimonio supra adducta, ad probandum auxilium sufficientis, quia omnibus hominibus percutitibus attribuitur quod salvi non fiant: non posset autem hoc attribui eis, nisi haberent in manu sua omnia necessaria auxilia, ut cap. 2. ostendimus: ergo haec dantur omnibus, & in capitulo sequentibus ad particulares hominum statu descendendo, id amplius ex Scriptura confirmabimus.

Ratio autem huius veritatis cum totum hoc negotium humanae salutis ex supernaturali gratia pendat, eisdem testimoniorum, ac principiis reuelatis sumenda est; habemus enim ex Scriptura Deum creasse homines propter felicitatem aeternam, ex quo principio aperie sequitur debuisse illis dare sufficientia auxilia ad illam consequendum, quae ratio non minus procedit post peccatum primi hominis, quam antea, quia etiam post illum lapsum noluit Deus naturam humanam illa beatitudine priuare; sed in hoc etiam statu

naturae lapsus voluit omnes homines ad eundem finem multiplicare, & in via ad eandem beatitudinem constitutere, & ab hac ordinatione & a statu viatoris neminem exceptit; ergo ratio sapientis prouidentiae postulabat, ut omnibus sufficientia media prouideret. Præterea huius prouidentiae euidentis argumentum sumitur ex Christi redemptione, ut diximus; docet enim fides Deum voluisse redimere omnes homines lapsos, & per Christi mortem illam redemptionem consummatam esse; ergo hinc recte colligimus Christum omnibus meruisse omnia necessaria auxilia quibus salutem consequi possent, ergo inde optimè infertur omnibus dari aliquo modo. Probatur consequentia, quia illud meritum est efficax, & de rigore iustitiae, & ideo illo supposito non posset Deus iuste debitum præmium illi non conferre.

Dices, hoc argumento probaretur omnes etiam esse cum effectu saluandos, propter Christum. Instante responderet negando sequelam, quia non hoc respondetur. meruit Christus, nec ad hoc obtulit Christus sua merita respectu omnium, sed tantum respectu electorum, quibus iuxta Patris agnitionem voluntatem simpliciter efficacia dari voluit, & pro illis impetrans merita sua in particulae obtulit. Ceteris vero auxilia sufficientia proueruit, & ut essent efficacia, si ipsi vellent, vel non resistenter; Multis Deinde rationes congruentes huius prouidentiae attributis ex multis attributis diuinis desum possent, nam congruit in primis valde consentaneum est diuina bonitia nullum existi, ut nullum à participatione sue gratiae ex se recludere à sua gratia sufficiens.

Ad primam igitur dubitandi rationem respondendum iam est, assumptum esse falsum, nam Deus respondetur quantum est ex se, omnes saluare vult, & cum ad rationem postoli interdum aliter interpretetur, ut iam diximus, nec ob illam interpretationem Augustini doctrinam hanc in se incerta redditur, item quia non nititur solum illis verbis Pauli, sed etiam aliis firmissimi fidei fundamentis, tum etiam, quia licet Augustinus addat alios sensus, non intendit hunc excludere, quem alii locis tradit, sicut etiam Prosp. magnus, Augustini discipulus, & acerius eius defensor, eum interpretatus est, altera vero difficultas quae per modum replicæ ibi propo- nitur, postulat modum huius sufficientis auxiliij, præsertim in infidelibus, quem in sequentibus capitibus fuisse tra- stabimus.

## C A P U T I X.

An, & quomodo fidelibus semel iustificatis, qui tandem non saluantur, detur auxilium sufficiente ad salutem eternam.

**V**eritas, quam in capite præcedenti tradidimus, magis comprehendatur, & difficultates circa illam occurrentes proponantur, & explicentur, operæ pretium erit ab illa generalitate hominum, ad varios illorum ordines descendere, & quomodo singulis sufficientia auxilia conferantur, expondere. Non tractamus autem de hominibus electis, seu prædestinatis, quia illis non solum sufficientis, sed etiam efficax auxilium datur, ut cum effectu saluantur; & quamvis interdum auxilia tantum sufficientis illis conferantur, ut supra dixi, tunc non adiuantur propriæ ut prædestinati, sed secundum prouidentiam rationem, ideoquæ quoad illam partem, eadem est ratio de illis, quæ de aliis, qui non saluantur, ac proinde quæ de his dixerimus poterant ad eos accommodari. Reliquos autem homines, qui non solum saluantur, in tres ordines distinguimus; quidam enim sunt iusti ad tempus, & interdum multo vita tempore, & tandem damnantur, alij sunt peccatores fidem habentes, qui vel raro, vel nunquam in ætate adulta iustificantur, alij denique sunt infideles, qui nunquam veram fidem consequuntur, inter quos etiam esse possunt varij gradus, ut postea videbimus.

In hoc vero capite solum de iustis temporalibus, (ut sic dicam) breuiter dicendum est, illi autem si considerentur ut iusti sunt, non solum sufficientis, sed etiam efficax gratia auxilium recipiunt, ut constat, & ideo de illis sub hac consideratione non tractamus: ut autem in gratia non perseuerant, clarum est auxilium efficax non recipere, & ideo meritò queritur, an & quomodo auxilium sufficiente ad salutem recipient, nam æterna salus, sine perseuerantia obtinere non potest: his autem non datur perseuerantia, ergo non datur aliquid ad salutem æternam consequendam necessarium; ergo non datur auxilium sufficientis. Dices, quando perseuerantia illis non datur, offertur, quantum est ex parte Dei, & ita ad illam accipiunt auxilium sufficiente. Sed contra, quia perseuerantia donum ita est singulare prædestinatio, ut neque Deus alii illud dare voluerit, neque aliquis posse illud à Deo mereri, vel impetrare, & quo illud consequatur aliquid facere; ergo nec ex parte Dei datur, nec in potestate hominis est constitutum, ac proinde non datur illis ad perseuerandum auxilium sufficiente, quas obiectio[n]es fecerunt olim contra Aug. Semipelagiani, contendentes ex illius doctrina sequi, magnam partem iustorum & Sanctorum ideo non saluari, quia nec perseuerantiam habent, nec habere possunt, quoniam illis à Deo denegata est, quia non sunt per gratiam à massa perditionis discreti, ut sibi referunt Prosp[er] in obiectiō[n]ib[us] Gallorūm 3. 7. & 12. & in obiectiō[n]ib[us] Vincent. 7. 8. 9. & 12.

**N**ihilominus dicendum est, omnes iustos, etiam prædestinati non sint, habere auxilium sufficiente ad salutem æternam consequendam, perseuerando utique in iustitia usque ad mortem, si velint, sicut velle possunt. Probatur primò ex Scri-

ptura Proverb. 3. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse dirigit gressus tuos. quæ directio maximè ad perseverandum necessaria est, & de se sufficientis: hac autem promittitur cogitanti Deum assidue, & in actionibus auxilium eius postulanti: est ergo banalis hoc in hominis iusti potestate: non enim Spiritus sanctus consulit, aut præcipit nisi quod possibile est: vnde inferius subdit Sapiens, Ne paueas repente terrore, & irruentes tibi potentias impiorum: Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuam ne capiatur. Quæ promissio non solum prædestinatis fit, sed omnibus, & praesertim iustis. & hoc egregie confirmant verba Sæcæ Tobiae 3. Hoc habet pro certo omnia, qui re colit, quid vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur. Quod non solum de liberatione à tribulatione & pena temporali, sed maximè de liberatione à culpa, & vicitoria tentationum intelligitur, non enim coronabitur qui temporalia mala superat, sed qui tentationes peccatorum vincit, ergo est in potestate iustorum colentium Deum, hac vicitoria: haec autem est perseuerantia; ergo ipsa etiam est in iustorum potestate & libertate, quam sine auxilio sufficiente habere non possunt.

Hanc denique potestatem, & auxilium sufficientis quam plures Spiritus sancti voces ostendunt, quibus iusti non solum ad perseverandum, sed etiam ad crescendum in gratia usque ad mortem excitantur Ecclesiastici 8. Ne verearis usque ad mortem iustificari. Apocalyp. 3. Qui iustus est iustificatur a deo, & ad Rom. 6. Exhibetem membra vestra mortalia in sanctificatione, &c. i. Corinth. 10. Qui se eximunt a morte, videat ne cadat, & vt ostendat hoc esse in eius potestate, subiungit, Fidelis Deus, qui non patitur tentari supra id, quod potest, sed facit cum tentatione praevenit, ut possit sustinere. Dat ergo Deus iustificatis sufficientis auxilium, ut non cadant; ergo ut perseuerent, nam qui non cadit, perseverat. & ad Ephes. 6. Indutives armaturam fidei, ut possit stare aduersus iustitias Diaboli. fidei, inquit, viuæ: nam mortua non sufficiunt ad resistendum Diabolo perseueranter, scit inferioris subdit. Propterea accipite armaturam Dei, ut possit resistere in die malo, & in omnibus perfectè stare. Dat ergo iustis auxilium sufficiente ad hoc perseverandum; qui autem hoc præstiterit, sine dubio saluabitur. & similia Scripturæ testimonia paucum occurunt:

Secundò traditur aperte hæc veritas à Concilio Mileu. cap. 3. definiens gratiam Dei, in qua iusti sicut in gratia non ad solum remissionem peccatorum trahuntur, quæ iam commissa sunt, sed etiam adiutorium, ut non committantur. Dat ergo gratia adiutorium sufficientis ad non peccandum in postrem, & hoc est sufficientis ad æternam salutem consequendam, & Araufic. c. 25. his verbis, Hoc secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante, & cooperante, omnia, quæ ad salutem pertinent, possunt, & debent, si fideliter laborare velint, adimplere. quibus verbis percutit desribit auxilium sufficiente, & quod de baptizatis dicit, habet eandem rationem in omnibus iustis, quocunque tempore, aut modo iustificati fuerint, quod etiam testatur Concil. Trid. sess. 6. cap. 11. vbi prius damnari dicentes, homini iustificata impossibile esse feruare precepta, quibus obligatur: dende declarat hanc potestatem, quia Deus subendo monit facie quod possit, & petere quod non possit, & adiutare, ut possit, & paulo inferius. Quis sum filius Dei, Christum diligim, qui autem diligunt eum, ut ipse teatetur, seruant sermonem eius, quod utique cum diuino auxilio præstare possunt. Qui autem possunt feruare mandata, possunt etiam in gratia perseuerare, immo etiam & proficere, ut paulo post idem Concilium adiungit, & eamdem ratio-

nen suprà traditam reddit, Quia Deus neminem defert, nisi prius deferatur ab ipso, idemque repert agens de perseverantia cap. 17. quem locum etiam supra explicavi: eamdemque doctrinam sub anathemate definit Canon. 18. & 22.

Tertio potest hæc veritas testimonio Patrum confirmari. Augustinus enim lib. de nat. & grat. cap. 26. docet, cum Deus iustificat impium, sanare agrotum, & dare vires, ut possit perfectè operari, nec deferere illum nisi ab ipso deferatur, & reddit rationem, quia licet homo sanetur, si non iuuetur, non poterit seruare mandata, seu pietatis opera exercere, in quo tacitè supponit necessarium esse, ut possit, & consequenter, ut habeat auxilium sufficiens, quo possit, quia nimur iuxta illam regulam eiusdem Augustini lib. de corrept. & grat. cap. 11. & 12. si iusto non daretur auxilium quo possit tentationem vincere, & perseverare, non ei impunitetur, etiam si cadat, vel non perseveret, sed Deo potius esset tribuendum, quod est absurdissimum, videlicet Augustinus docet lib. 2. de peccat. merit. cap. 17. & iuxta hæc verba Augustini refellit obiectionem, vel potius calumniam Semipelagianorum, Prospérad 3. 7. & 12. obiectionem Gallorum, & 7. 8. 9. & 12. Vincent. tandem veritatem confirmans, quod iustis non denegentur auxilia sufficiencia ad perseverandum, Fulgentius lib. 1. ad Volum. cap. 28. valde commendat dictum illud Augustini, Ut homines non adiumentur in ipsa causa est, non in Deo. Et quod nullius hominis lapsus causa sit in Deum refellenda. Vnde cum Augustino sentit, per Deum non stare quominus iustus perseveret, ac proinde iustus semper dari auxilium sufficiens ad salutem. Hinc etiam dixit Leo Papa sermones 16. de passione: Iugiter admouentur, ut dona gratie Dei negligenter non habemus, iustè nobis instar precepto, qui procurra auxilio, & benignè iustit ad obedientiam, que ducit ad gloriam. quæ verba maximè in iustificatis locum habent, & sufficiem gratiam quæ possit ad gloriam per obedientiam præceptorum peruenire, eudenter ostendunt. Idemque confirmant verba Chrysostomi Homil. 16. ad Heb. Habemus cooperatorem & adiutorem Deum, tamè velimus, &c. Si vero dormierimus, & stertentes spirerimus intrare in calum, quando petimus hereditatem cælestem apprehende. Est igitur hoc in iustorum potestate, eisque Deus non deest.

Ratione tandem declaratur hæc veritas. Nam in primis gratia sanctificans cum suis donis & virtibus infusis, de se potens est ad bene operandum, & ad vincenda peccata: hanc autem gratiam habent omnes iusti, ergo ex hac parte sufficiemtiam habent. Aliunde vero hæc gratia debenter auxilia ad actualia necessaria ad opera salutis, & maximè ad illa quæ sunt ad salutem necessaria. Duplicita enim sive hæc auxilia excitantia & adiuantia, ad quæ reducuntur, ut supra visum est: neutra autem defunt iustis ex parte Dei, quod in primis probatur de auxiliis adiuantibus, quia iusti non indigent nouis auxiliis, seu gratiis adiuantibus in actu primo, quia per habitum ipsum sufficiensimè iuantur, indigent autem auxilio Dei adiuantis in actu secundo: hoc autem adiutorium in re ipsa non exhibetur, nisi quando quis operatur, & ideo non est necessarium ad auxilium sufficiens, sed in efficii includitur aliquo modo: requiritur autem ut preparatum & oblatum à Deo, & hoc modo non potest esse iustis, quia Deus de se non denegat cooperationem necessariam suis cauissimis, vnicuique iuxta modum, & capacitatem suam; ergo maximè illam præbaturiam & habitibus infusis, & homini iusto ratione illarum, ut in sequenti libro latius ostendemus; ex hac ergo parte non deest iustis auxilium sufficiens.

De auxiliis autem excitantibus, aliqui putant non esse necessaria habentibus iam sanctificantem gratiam, & virtutes infusas, iuxta quorum sententiam sine his auxiliis habent iusti sufficiens auxilium. Alij volunt sufficere illa auxilia excitantia, quæ in mentibus fidelium insurgere possunt ex obiectis externis, quæ Deus per gratiam suam prouidet, ad fidelium mentes excitandas, ut sunt verbum Dei prædicatum vel scriptum, exempla Sanctorum, diuina beneficia quætidiana, supplicia, itemque Sacra menta, vel ceremonia Ecclesiæ, & familia, quibus Deus cooperatur, & internam gratiam adiungit ad excitanda corda, præsertim iustorum. Nam hic modus videtur de se sufficiens, si homines iusti velint strenuè ac diligenter his mediis ut: sed licet hoc sit verum, addendum est in omni occasione & opportunitate grauissim tentationis & periculi, ut, licet externa media fortasse defint, ut potest accidere, Deum tamen nunquam deesse iusto, quin interius eius mente sufficiens excitet, quantum necesse est ad præsentem occasionem mali, seu lapsus superandam. Hanc enim Dei promissionem habemus ex verbis Pauli: Fidelis Deus qui non patietur vostentari vtralibet, quod potest, vel ergo moderabit tentationem, vel excitabit iustum, quantum sufficiat, ut nemo possit dicere, per Deum absit, ut Ecclesiastici 15. quia, ut dicitur Proverb. 3. Dominus erit in latere tuo ne capias. Denique hoc est valde consentaneum diuinæ prouidentiæ, quam præseruit amicis suis promisit. Ad de hoc genus auxilij sufficiens ad seruanda singula præcepta, non tantum iusti tribui, sed etiam peccatoribus, ut infra videbimus, alias non peccarent transgrediendo præceptum.

Vt autem hoc generaliter intelligatur, aduentum est, in huiusmodi opportunitate, in qua occurrit obligatio præcepti, necessarium in primis esse, ut homo sciat & aduertat, vel naturaliter aduertere possit, ut habere tale præceptum & hic, & nunc ipsum obligare. Nam si homo omnino hoc non consideret, sed naturaliter oblitus sit, quantius omittat, non peccabit, ut confitatur, & ideo necessarium non est, ut tunc excitetur, nec pertinet ad prouidentiam gratia sufficiens ut Deus semper moneat ad huiusmodi considerationem, vel aduenturiam pro illo tempore, ut ex Homo naturaliter periculum culpæ, propter quam vitandam est ne oblietis, vel cessarium illud auxilium, similiter necessarium vñrationis non ut in tali occasione, in qua de vitando actu impeditus, prohibito agitur, homo sit compos sui, & ratio cum occurrit vñrens, nam si adeo perrubetur vñs rationis, ut obligatio libertatis etiam vñs impediatur, iam pro tunc præceptio non est homo in statu peccandi, vel bene moraliter operandi, ut confitatur, & ideo non est etiam necessarium, ut noua gratia sufficiens pro tunc conturillum feratur, quia cessat necessitas, ut declaratum excitat ad est. At vero quando ratio est apta ad deliberandum cum necessaria aduentia ad præsentem occasionem, & obligationem seruandi præceptum, tunc dicimus nunquam deesse actuale auxilium necessarium, quia sine illo excusaret homo a peccato, etiam si caderet, vel non seruaret præceptum: homo autem præseruit iustus, sic ratio ne vñs, nunquam excusat ex eo capite, quod desit illi Deus, ut probant testimonia adducta. Verum est tamen hoc auxilium ad seruandum præceptum, vel non cedendum tentationi, non semper dari immediatè sufficiens ad totum effectum, sed mediante oratione, ad quam proximè excitatur homo, quia vult Deus hominem hoc modo & Deum honorare, & amplius cooperari, & ideo dixerunt Augustinus & Concil. Trid. Iubendo monit facere quod possit, & petere quod non possit, & hoc tandem modo.

modo sufficiens auxilium ad perseverandum confert.

Et ita etiam expeditur difficultas, quæ hic oriri potest in homine lapso ex parte concupiscentiæ, & corporis mortalis impedimentis, quæ difficultiam redditum boni operandi perseverantiam. Nam etiam ex hac parte non deest iustis auxilium sufficiens, quia hæc perseverantia, non tota simul occurrit, sed successuè, & per singulos actus, & occasionses seruandi præcepta, seu non peccandi; ergo vt ex parte Dei detur, vel offeratur iusto hoc auxilium sufficiens, satis est, quod per singulas etiam occasionses, non desit tale auxilium: ostensum est autem quomodo detur in singulis, ergo simpliciter datur, vel offeratur pro omnibus & pro tota perseverantia & salute. Dico autem datur, gratia sufficiens in occasionibus & præsentibus, vel offeratur, quia in occasionibus iam existentibus & præsentibus, actu etiam & in præsenti datur: pro futuris autem offeratur, quantum est ex parte Dei. Quod in vñ, seu praxi, vt ita dicam, sic postfutuus offeratur explicari. Nam postquam homo iustificatus est, non perdit iustitiam nisi peccando mortaliter contra aliquid præceptum, vnde quandiu non occurrit præceptum affirmatum pro tunc obligans, nec moralis occasio peccandi, contra Præceptum negatiuum, facile potest iustus necessaria ad perseverandum tunc facere per gratiam, quam habet, cum primum autem occurrit occasio seruandi præceptum, vel peccandi mortaliter: tunc pro illo definito tempore, non deest illi auxilium internum sufficiens ad bene operandum, vt declaratum est, & ita nunc illo actu datur auxilium præueniens, seu excitans sufficiens. Aut ergo homo non virit bene illo auxilio sufficiente, vel abutitur illo, vel cooperatur illi. In priori casu amittit gratiam, & definit esse iustus, eis imputatur casus & perseverantia amissio, & non Deo, quia iam habuit auxilium sufficiens a Deo. Postquam verò iam est iniustus, priuatur quidem propriis iustorum auxiliis, quæ sine dubio maiora sunt: quomodo autem potest recipiat auxilium sufficiens, ad quæstionem capituli sequentis pertinet. Si autem talis iustus in illa prima occasione bene vñsus fuerit illo auxilio diuino, offeratur illi auxilium sufficiens: & fortè verius pro altera occasione proximè succedente, & illa oblatu datur ei auxilium sufficiens accommodatum illi, & ita consequenter de reliquis vñque ad finem vitæ: vnde fit, vt quandiu per hominem iustum non steterit, nunquam illi desit auxilium sufficiens ad conseruandam gratiam, & consequenter ad æternam salutem consequendam.

5.  
Solutio  
nem  
difficul  
tis  
initio pro  
posita.

Reprobi  
non acci  
piunt per  
severantia  
sed potest  
atem perse  
verandi.

Ad difficultatem in principio positam patet solutione ex dictis. Nam aliud est accipere actualēm perseverantiam, aliud accipere potestatem perseverandi, scilicet quod idem est, auxilium sufficiens ad perseverandum. Nam illud prius pertinet ad gratiam efficacem propriam prædestinationem, hoc verò posterius pertinet ad gratiam sufficiētem communem omnibus, & ideo licet isti reprobi non accipiant perseverantiam, accipiunt nihilominus perseverandi potestatem. Et quod non recipiant actuū perseverandi, non est ex Deo, sed ex ipsis, neque ideo non perseverant, quia reprobi sunt, sed non perseverando sunt reprobi, vt recte Prosper docet supra, & Fulgentius ferè tuto illo lib. 2. ad Monim. Quomodo autem non obstante perseverantia sit speciale donum, & in quo consistat, inferius suo loco tractabitur.

Datur actu

gratia suffi  
cens in occ  
asionibus &  
præsentibus,  
actu etiam & in  
præsenti datur:  
pro futuris autem  
offeratur, quia  
postquam hom  
o iustificatus  
est, non perdit  
iustitiam nisi  
peccando mortaliter  
contra aliquid  
præceptum, vnde  
quandiu non  
occurrit  
præceptum affir  
matum pro tunc  
obligans, nec  
moralis occa  
sio peccandi,  
contra Præ  
ceptum negati  
uum, facile  
potest iustus  
necessaria ad  
perseverandum  
tunc facere  
per gratiam,  
quam habet,  
cum primum  
autem occurrit  
occasio seru  
andi præceptum,  
vel peccandi  
mortaliter:  
tunc pro illo  
definito tempore,  
non deest illi  
auxilium inter  
num sufficiens  
ad bene oper  
andum, vt declar  
atum est, & ita  
nunc illo actu  
datur auxilium  
præueniens,  
seu excitans  
sufficiens. Aut  
ergo homo non  
virit bene illo  
auxilio suffi  
ciente, vel ab  
utitur illo, vel  
cooperatur illi.  
In priori casu  
amittit gratiam,  
& definit esse  
iustus, eis im  
putatur casus  
& perseverantia  
amissio, & non  
Deo, quia iam  
habuit auxilium  
sufficiens a  
Deo. Postquam  
verò iam est  
iniustus, pri  
uatur quidem  
propriis iustorum  
auxiliis, quæ  
sine dubio  
maiora sunt:  
quomodo autem  
potest recipiat  
auxilium sufficiens,  
ad quæstionem  
capituli sequen  
tis pertinet. Si  
autem talis iustus  
in illa prima  
occasione  
bene vñsus  
fuerit illo  
auxilio diuino,  
offeratur illi  
auxilium sufficiens:  
& fortè  
verius pro  
altera  
occasione  
proximè  
succedente,  
& illa oblatu  
datur ei  
auxilium sufficiens  
accommodatum  
illi, & ita  
consequenter  
de reliquis  
vñque  
ad finem  
vitæ: vnde  
fit, vt  
quandiu  
per hominem  
iustum  
non steterit,  
nunquam  
illi desit  
auxilium  
sufficiens  
ad conser  
uandam  
gratiam,  
& consequenter  
ad æternam  
salutem  
consequendam.

## CAPUT X.

An & quomodo fidelibus peccatoribus semper dum  
vivunt, gratia sufficiens tribuatur,  
qua conuerti & iustificari  
possint,

**R**egula generalis est, fidelibus in peccato existentibus non negari auxilium sufficiens, quo pœnitentiam fructuam agere possint, & per fidem eam in gratiam redire. Hæc regula satis probata videtur ex generali principio in cap. 8. demonstrato, propriè verò & in specie sumitur ex omnibus illis Scripturæ locis in quibus peccatores, præfertim Deum agnoscentes & in eum credentes, ad pœnitentiam vocantur, vt est illud Ezechiel 33. Propterea Fili hominis, dic ad domum Israël, & infra, Vnde ego dico. Dominus Deus, nolo mortem impj, sed vt conseruatur à via Sciptura, & viuatur. Aut ergo illa voluntas Dei est absoluta, & dat auxilium efficax, aut est conditionata, seu antecedens, & dat saltem auxilium sufficiens. Vnde illud 2. Petr. 3. Patienter agit Deus proper vos non aliquid emperire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti; & illud Pauli Rom. 2. Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adduxit, & conformat illud Ierem. 3. Tu formata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiente. Non enim illam ad reuersionem inuocare, nisi paratus esset ad eandem reuersionem illam iuuare, similiqua sunt infinita vulgaria loca, vt Zachar. 4. Conseruatum ad me. Ecclesiast. 5. Ne tardes conuertiam Domum, & Psalm. 49. Hodie si vocem eius audireritis, quod allegans & locupletans Paulus ad Hebr. 3. art., Vnde fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obdurate quis ex vobis fallacia peccati, vbi dicens, domine hodie, videatur intelligere quandiu præfentem possum, & vita durat, vt Chrysostomus & alij exponunt.

Veritatem etiam hanc confirmat Concil. Trid. in fess. 6. & 14. nam licet expreſſe non vtrum signo distributio, dicens omnibus peccatoribus dari hoc auxilium, tamen cum indefinite & sine limitatione generali doctrinam tradat, eamque confirmat allegatis Scripturæ locis, vñlla dubitatione illam generaliter intelligit. Dicit ergo in fess. 6. cap. 14. Qui ab accepta iustificationis gratia, per peccatum excederunt, rursus iustificari, potuerunt. & can. 29. anathematizant, qui dixerit, eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere. Et fess. 14. cap. 1. Quoniam (inquit) Dei dñs in misericordia, cognovit figuramentum nostrum, illis etiam vita remedium contulit, qui se postea (id est), post iustificationem in pacati seruitur, & damnum potestatem tradidisse, vñque remedium pœnitentia, de quo statim subdit, licet non semper fuerit Sacramentum, & siue tamen rite hominibus, qui se post aliquo peccato iniquitatem quoniam tempore ad gratiam, & iustitiam asequendam necessarium, & infra id confirmat verbi Ezech. 18. Conseruam, & agite pœnitentiam, &c. quæ verba ad omnes peccatores dicta intelliguntur. Patres etiam, qui vñius alterius de omnibus hominibus lapsi loquuntur, vt cap. sequenti videbimus: à fortiori fideles peccatores comprehendunt, & specialiter hoc ex professo probat Cyprianus in lib. de lapsis. Rationes etiam cap. 9. allatae ex voluntate Dei saluandi homines, & ex Christi redemptione, & ex Dei misericordia & iustitia hanc regulam probant;

vt ex dicendis in duobus punctis sequentibus euidentius constabit.

**Ad Deus** Duo enim circa hanc regulam supersunt expli-canda, unum est quomodo praebeat Deus hoc auxilium omnibus peccatoribus: aliud est: utrum ab hac regula exceptionem aliquam facere liceat. In priore puncto ratio dubitanci est, quia hoc auxilium sufficiens etiam in his, qui iam credunt, cipit ab excitante gratia, ut aperte docet Concilium Tridentinum. cap. 5. vbi docet exordium iustificationis a vocazione Dei sumi, & cap. 14. declarat hoc non solum esse verum de tua prima iustificatione, quae incepit ab initio fidei, sed etiam de iustificatione a peccato, post priorem iustificationem, atque adeo post comparatam fidem comitissimo. **Iustificari** (inquit) potuerunt cum excitante Deo. Et can. 3. definiet etiam p. conscientiam haberi non posse, sine pre-veniente Spiritu sancti inspiratione; quae est gratia excitans, ut supra diximus. Hac autem gratia excitans non datur semper omnibus peccatoribus etiam fidelibus: id est, non datur omnibus diebus, horis, & momentis, non potest a signari certum tempus, in quo detur: quando ergo, vel quomodo datur h. c. gratia sufficiens? Et declaratur, autem, quod difficultas quia vel auxilium sufficiens datur semper aen. & in se; & hoc per se est incredibile: vel tantum offert ex parte Dei, & hoc etiam dicit non potest, quia aliquid ex peccatore ex parte hominis, ut actu daretur ei tale auxilium, quod repugnat, quia illud ipsum fieri non potest, nisi per gratiam excitantem; iuxta doctrinam Concilij A-rau. ergo neutro modo datur tale auxilium.

**Hac gratia** non ita dari, ut continuè ac semper in se homini non datur, per actualem gratiam excitantem, hoc communiqueretur receptum est, ut refert, & sequitur Bellarminus p. 14. a lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 6. & Molina q. 14. a lib. 3. in concord. disp. 9. & 10. videtur quod manifestetur homini per ipsum: quia gratia excitans consistit in actibus virtutibus, qui sunt sine sensu & cogitatione apparent: nam ad hoc ipsum datur, ut excitant hominem, ut ex dormiente faciant vigilantes, & at-

tendentem, quod non potest esse sine aliqua experientia talium actuum. Ex ipsam autem experientia constat, non omni tempore, vel omnibus momentis fieri, vel percipi a peccatoribus in se ipsi tales actus ergo non recipiunt isto modo semper & continuo hanc gratiam sufficiensem. Responso: In danda ponderi potest ipso quidem peccatores semper recipere has actiones, alius vero rebus magis attendentes, illas non percipere, neque sentire. At hoc incredibile est, tunc quia ipsam attentionem ad res alias impedit intentionem ad hos actus gratiae, qui sine attentione fieri non possunt. Vnde naturaliter & sine miraculo impossibile est continuè exercere hos actus, & alius febus & negotiis humanae & misericordie non attendere. Maximè, quia haec attentione semper & in se est veheemens, & cum magna sollicitudine & adfloscere, res inferiores & sensibiles, quia maximè mouent, tales gratiae.

Tum etiam, quia si tales actus tunc dantur, quantum percepit non possunt, non poterunt dici sufficientes ad coherendum talem hominem; ergo illud modo dati, non possunt dici gratia sufficiens, in modo inutiles, quia hominem non ita mouent, ut attenderet, faciant, & vix ita possint dari sine miraculo; ergo superflue singitur tale miraculum, seu talis modus prouidentia per continuam & nunquam intermissionem excitationem, quia nec statu viatoris debita est: nec modo operandi humano accommodata: vnde nec etiam iustis tribuitur, si cicut enim dormientes non excitantur actu ad bonum operandum, ita etiam diu sunt nimium intenti aliis rebus, ut studiis, vel negotiis actualiter, non excitantur. Denique haec continua excitatio-

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

non solum non cognoscitur experientia; verum etiam si illi repugnat, & alioqui diuina reuelatione non habetur; cur ergo fingenda est? Minor patet, quia nec Ecclesia id docet, nec ex Scriptura id colligitur; quin potius ipsa Scriptura hos mortuus non semper dari indicat: dicitur enim Psal. 49. Hodie vocem eius audierit, nolite obdurare corda vestra. Nam ille modus loquendi sub conditione indicat vocem Domini non semper insonare, & Apocal. 3. dicit Deus, Ego sto ad oitum, & puls, quia metaphora significatur Deum semper stare ad ianuam, non tam semper pulsare, sicut homo prudens facere solet. Vnde, ut supra dicebam, Ecclesia sepe operat Deum ut nos excite, & ut peccatores vocet; signum ergo est non semper Deum in actu facere.

Contra hanc vero assertionem obicitur potest: nam sequitur peccatorum non posse in qualibet hora & momento vita sua p. conscientiam agere, si vellet, nec velle posse. Consequens est falluum: ergo. Se-

Obicitur contra asserti-  
onem.

quela patet, quia sine auxilio excitante peccator non potest agere p. conscientiam; ergo si in quolibet momento non habet gratiam excitantem, nec etiam potest in quolibet tempore agere p. conscientiam, cum desit illi principium dans posse; & sine quo non potest. Nec dici potest quod habeat illud auxilium in potestate sua, quia tale auxilium debet incipere a Deo, non ab ipso homine: Deus autem, ut supponitur, non dat illud, neque etiam potest dei, quod sit paratus dare, quia tunc expectare ab homine ut aliquid faceret, quo obtinet illud auxilium: hoc autem dici non potest quia homo non potest moueri, aut se disponere ad hoc auxilium excitans, quia tale meritum debet procedere ab ipso aux. lo. excitante; ergo quando illud actu non datur, homo est simpliciter impotens ad agendum p. conscientiam, atque ita, si non omnibus momentis, & temporibus datur, non potest homo omnibus temporibus agere p. conscientiam.

Falsitas autem consequentis probatur. Primo, ex illis Scripturæ locis, in quibus hortamus ad agendum celeriter p. conscientiam, & promittimus re-

mittimus illam agenti in quacumque hora: nam hu-

iusmodi exhortationes & promissiones supponunt potestatem. Si Ezech. 33. In quacunque die, Et. & Ecclesiast. 5. neceas converteri, &c. Secundo, ex Concilio Lateranensi in cap. 14. Secundum, de summa Tempore, dicente homines baptizatos post baptismum semper posse per p. conscientiam reparari: si ergo semper possunt, ergo in qualibet hora, & momento possunt. Tertio, quia alias esset homo in hac vita pro aliquo tempore extra statum salutis, & nimur pro illo in quo actu non excitatur. Dices non esse extra statum salutis, quia licet tunc non excitetur, postea excitabitur. Sed contra: ponamus hominem in fine vite, qui ultimam accepit excitatio-  
nem, & noluit converti, ille enim reliqua tempore tur.

extra statum salutis manet, quandoquidem amplius excitandus non est. Nec potest negari, quia durante vita hominis facientis in peccato, aliqua excitatio sit futura ultima, quia omnes excitaciones vita sunt finitas, & terminum habent: terminus autem est ultima excitatio, quia necessaria futura est in aliquo instanti ante primum non esse hominem, inter quae duo instantia mediat tempus: ergo saltem illud tempore erit homo extra statum salutis, & fieri potest, ut sit per magnam moram, quia si Deus non semper excitat, potest per plures dies non excitare, idemque poterit facere cum homine in fine vite. Denique ob hanc forte difficultatem Concilium Senon. in decret. fidei cap. 15. videtur expresse dicere contrariam sententiam: cum enim docuisset auxilium excitans, seu præueniens esse ad operandum salutem necessarium, ex qua necessitate videbatur sequi hominem

non habere libertatem ad talia opera, quia non semper habet tale auxilium, ad hanc tacitam obiectionem excludendam adiungit. *Hec tanta gratia & necessitas libertati non repugnat, quia Deus semper in promptu est, & nec momentum praterit in quo non sit ad ostium & pulsat. & ad idem alludit Hieronymus epist. ad Cresiphontem, dicens, non mihi sufficit quod semel donauit, nisi semper donauerit.*

5. Antequam his obiectionibus respondeam, addo alteram assertiōnem, ex qua facilior erit responsum. *Dico ergo Deum, quantum est ex se, pro nullo nullo tempore denegare peccatori excitationem ad poenitentiam; dare autem illam temporibus opportunitatis. Priorem partem probat obiectionis prima posita, si sensus illius partis recte intelligatur. Aliud est enim non dare, aliud denegare; aliqua enim non conferat Deus, quia paratus est dare, quando necessario. vel opportunum fuerit, idēcōque licet exteriorum.*

Probatur tra illam occasionem non datur excitationem, non prior pars assertiōnis. *Dicitur enim denegare assertio, quando proposito absoluto decreuit non dare quidquid ex parte hominis, vel aliarum causarum occurrat. Imo quando Deus ex se aliquid denegat, etiam occasio dandi fugit, vel impedit. In hoc ergo sensu dicimus pro nullo tempore huius vita denegare Deum peccatori auxilium excitans ad poenitentiam, esto non semper actu illud inspīret. Hoc probat illa ratio, quod homo quandiu vivit est in via, & non est obitarius, nec desperatus, ergo necesse est ut saltē ex parte Dei illi pateat aditus ad salutem, qui aditus in sancta excitatione consistit.*

Et confirmari hoc potest verbis Sapientis Ecclesiastici 18. *Numerus dierum hominum vi multum censum anni, quasi gutta aqua maris deputati sunt, & sicut calculus arena, sic exigui anni in die eius. Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundit super eos misericordiam suam, vident presumptionem cordis eorum, quoniam mala est, & cognoscit subversiōnem cordis eorum, quoniam nequam est. Ideo adimpluit propitiationem suam in illis, & offendit eis viam equitatis.*

*Per quæ verba ostendit Sapientis totum huius vita tempus esse tempus propitiationis, & Deum paratum esse ad misericordiam, ac proinde nunquam ex se negare auxilium poenitentiae, & D. Prosper ad obiectionem 6. Vincit. in hoc constituit discriberem inter statum damnationis & vita, & ad 15. aia, Nemini autem Deus correctionis admittit viam, nec quemquam boni possibiliter disponit. Eademque doctrinam latet confirmat ad excerpta Genen. capite ultimo eam ex Augustino sumens liberum de boni. perseuer. capite. 15. & 22. & eadem habet Augustinus lib. de natura. & grat. cap. vbi etiam refert optimam verba sua ex lib. 3. de liber. arbitr. cap. 18. quæ eadem sententiam continent: quoniam etiam Concilium Sehon. & Hieronymus locis citatis intendunt.*

6. Altera pars assertiōnis sequitur ex præcedenti a sufficiēti partium enumeratione. Nam Deus de paratus est ad dandam excitantem gratiam, & non semper actu dat; ergo saltē daturus est temporibus opportunitis, iuxta illud Psalm. *Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.* Ut autem explicemus hæc opportuna tempora, adiudicendum est quod in superioribus diximus Deum dare hanc sufficiētē excitationem, vel per externum verbum suæ prædicationis, aliavē similia obiecta sunt à Christo media, & velut ordinaria organa, quibus Deus vtratur ad excitandos peccatores ad poenitentiam. Dicimus enim Deum de se patatum esse ad excitanda

corda peccatorum per huiusmodi causas, nam quod in ipso est, pro omnibus illas instituit, & dicitur non de se impedit, quominus talium causarum sonus & vox seu actio ad omnes perueniat. Et quod caput est, quoties similius occasio occursit in qua homo per huiusmodi ordinarias causas exterioris exciteretur, Deus actu etiam interius excitat cor: & quantum credibile est, vnum ex temporib⁹ opportunitis, in quo Deus tangit cor, & actu pulsat interius, est illud, in quo verbum externe prædicationis, vt aliud obiectum aquilonis exterioris incipit excitare homines. Nam, vt supra etiam testigii, ista excitatio exterior cum sola virtute naturali intellectus nihil valeret ad opera pietatis, nisi spiritus gratia interius se se fereret, & illo instrumento altiori excitationem in mente efficeret. Quod ergo tunc Deus non negat sua gratia influxum, omnino credendum est. Tum, quia illud videtur esse tempus maximè opportunum; tum etiam, quia illa exterior excitatio est quasi causa secunda, à Deo ordinata ad illum effectum, & interna excitatio Dei sufficiens, est quasi necessarius concursus vel adiutorium requisitum, vel illa causa possit effectum illum consequi, ergo ad ordinariam prouidentiam gratia spectat, vt Deus tunc conferat auxilium ex parte ipsius necessarii.

Præterea confirmatur & declaratur in hunc modum, quia dubium non est quin Deus si pessime fatur hoc medio ad conuertendos peccatores per verbum prædicationis, vel per lectiōnem aliquam sacram, vel per externum bonum exemplum, aut obiectum incutens timorem, vt est mors alium amici & similius. Ergo oportuit certam aliquam legem prouidentia diuina gratia in hoc esse statutam, vt omnes qui exteriori sufficienter excitantur, inexcusabiles habent si non cooperentur. Nam si exstante exteriori excitatione, nulla est certudo de interiori, sed hoc est politum in solo Dei arbitrio, non posset cum certitudine impunari homini, cui proponitur exterioris fides sufficienter, etiam non credere, quia fortasse non habuit interioris sufficiēti auxilium. Denique dici posset de Pharone, v. g. cuius vocatio exterior, vt Augustinus ait, fuit cognitio beneficiorum externorum Dei per Ioseph. Contrarium autem ex facto illo colligimus: nam eo ipso quod exteriori sufficienter vocatus fuit, docet Scriptura grauitate peccatis, reficiendo vocacioni; ergo dicendum est, non defuisse illi interiori vocationem sufficiēti. Denique supponimus ex verbis Christi Domini March. 11. *Si in Tiro & S. donec est efficiunt virtutes, quæ facta sunt in robore illius, in alio & cinere penitentiam egissent, quæ reprehendunt fundamentum non haberet, nisi supponeretur in illis virtus extensis datam esse sufficiēti excitationem internam, cum qua alii forent conseruenti.*

Idem supponunt illa verba Christi Ioan. 15. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo aliud fecit, peccatum non haberet: nunc autem excitationem non habent de peccato suo. Haberent autem, si exteriora excitatione non esset sufficiēti & exteriori accommodata, etiam optimè persuaderent verba Pauli Roman. 10. quæ ipso refert ex Deut. 30. *Prope est verbum in ore, & in corde tuo, hoc est, verbum fidei, (aut Paulus, ) quod predicanus. Sicut enim auditur, corde recipi & ore consideri debet: ita cum prædicatur non tantum ad aures corporis, sed etiam ad aures cordis prædicari debet vt sufficiēti proponatur, quod non sicut interia Dei excitatione sufficiēti; quia vero hoc cum prædicatione externa coniuncta est, ideo Paulus ibidem hanc satis esse putat ad redarguendos incredulitatis eos, qui audientes Euangelium non obedient illi, & hoc est quod ait, sed mungit audierunt, & quidem in omnem terram exiit sonus eius.**

rum. Et ad hoc ipsum alia Scripturæ loca inducunt. Idemque alia confirmant quæ sequenti capite exponemus. Denique si proposito sufficienter obiecto externo fidei, vel penitentia Deus daret certa lego auxilium internum sufficiens, quando non daret, iam per seipsum, & non per hominem staret ipsius conuersio: hoc autem dici non potest, vt ostensum est, ergo pro regula certa habendum est, Deum in huiusmodi opportunitate semper dare excitacionem internam sufficiem exteriori invocatione accommodatam. Quod addo, quia hæc interdum potest esse immediate ad penitentiam, & tunc excitatio interior est immediate sufficiens ad illam: aliquando vero est vocatio exterior ad aliquod opus virtutis, vt ad petenda penitentiam, & tunc auxilium internum proxime erit sufficiens ad orationem, & remota ad penitentiam per orationem impetrandam, & sic de aliis.

Ad excitacionem autem merè internam non tam facile possumus certa tempora opportuna designare, pro quibus certa fiducia excitatione interior ad penitentiam. Vnde maximè videtur pendere ex arbitrio Dei, qui singulis distribuit hæc extraordianaria dona propter vult. Duo tamen probatib[us] dicere possumus, Vt unum est, tempus aliquod esse pro quo penitentia est absoluere necessaria ad salutem eternam, vt si homo fidelis in peccato existens in articulo mortis constitutus, & in tali tempore credibile valde est, etiam si desit motu externa qua ad penitentiam excirent, Deum statim pulsare cor, nec deesse inquam homini in talis opportunitate, quin ita illum excite. Ratio est, quia tunc illud auxilium est valde necessarium ad salutem, Deus autem in rebus a deo necessarius non deest, vt testimonis Scriptura cap. 2. allegatis, in quibus Deus sufficiens auxillium omnibus promittit, colligitur. Et hoc à fortiori confirmatur exhibet, quæ cap. sequenti dicemus. At vero extra hunc necessitatis articulum, excitatio actualis non est ita necessaria ad salutem, & ideo si per causas externas & ordinarias gratia non inchoatur, non est, cur dicamus à Deo magis hoc tempore, quam illo datur. Vnde cum non semper, sed s[ecundu]m illam tribuat dicendum videtur, hoc facere pro arbitrio fuit. Credibile autem est in omni opportunitate bene, ac p[ro]pter operandum, non deesse homini hoc auxilium. Nam, vt dixit Hieronymus Epist. 138. ad Cyprian. parum ab initio, Deus ita condidit hominem libertaribus, vt suam per singula opera gratiam ei non negaret.

Possumus denique addere, licet Deus hanc gratiam conferat beneplacito suo, nihilominus sepe peccato respicere ad bona opera per priorem gratiam facta ad ipsa. Ea, ut ad dispositiones peccatoris, quia drantem lo per p[ro]posito vel facientem elemosynam frequentius Deus excitat ad penitentiam per internas inspirationes, quamcumque, quitalia opera neglit. Nam in hoc sensu dicitur elemosyna remittere peccata. Et item de remissione iniuriarum, & de aliis operibus similibus. Neq[ue] in hoc est periculum Semipelagiani erroris, quia agimus de hominē fidei, qui per fidē bene operando potest impetrare viteriora auxilia. Vnde necesse est, vt illudmet opus, quo se disponit ad tale auxiliū, vel illud impearat, si aliquo modo ex fide iuxta dicta superius lib. 2. ex quo etiam fit, vt ad tale opus, præcedat alia prior gratia excitans fidem ipsam, & per fidem, voluntate in ad elemosynam, vel aliud simile opus faciendum, quod satis tunc, per tale opus possit peccator impearare excitacionem merè internam proximè sufficiem ad penitentiam dandam etiam eo tempore, in quo non est simpliciter necessaria ad salutem eternam. Hoc ergo modo potest talis actualis gratia obtinendi, quamvis semper determinatio temporis & mo-

F. Suarez de Gralla Pars II.

menti in particulare ad talem gratiam prebendam, per liberam Dei voluntatem facienda sit, quia non est necesse ut deatur, statim ac homo bonū opus facit, nec aliud certum tempus potest ex vi meriti, seu impetrations hominis designari.

Ex quibus facilè ad obiectiones factas contra priorem assertionem potest responderi. Cum enim inferatur hominem in eo momento, in quo actus non excitatur ad penitentiam, non posse conuerti, distinguendum est de penitentia proxima, & remota. Concedo ergo non posse proxime, quia non habet in se auxilium dans posse, ut recte ibi probatur. Neque hoc est inconveniens, sed necessarium considerat conditione humanae naturæ. Nam homo, cum dormit, non potest proxime penitere, neque etiam, cum actus est nimis intentus aliis rebus & negotiis, nihilominus tamen temperat, & quilibet tempore huius vita potest homo penitentiam agere, & cum fru[st]u conuerti, saltem potestate remota, quia semper est in statu viae, & consequenter est capax obtinendi salutem. Hæc autem potest licet aliquibus temporibus, vel momentis remora sit, temporibus opportunitatis est proxima, & semper ex parte Dei est paratum proximum auxilium modo explicato: & hoc satis est, ut peccator quæcumque est in via, possit salvaturi. Vnde ad loca Scripturæ respondetur, in eis præcipue promitti remissionem peccati agenti penitentiam: supponunt autem potestatem agendi penitentiam dicto modo. Et ad eandem causam mouentur peccatores, ne different penitentiam resolutam, & ideo eam dicuntur, Hodie si vocem eius audieritis, &c. & illi reprehenduntur, qui vocati resistunt, vocati, & renegati. Proverb. ad cap. firmiter respondunt est.

Ad ultimam, negatur sequela, quia homo non constituitur extra statum salutis, quoties actus non excitatur, quia semper est in statu, in quo possunt causæ occurrere, per quas Deus soler excitare, & semper est capax internarum excitationum Dei. Ad illam vero replicam de ultima excitatione respondendo solam inde concludi hominem illum in eo statu fore damnandum, quia non est acturus penitentiam, vnde sit, ut ex hypothesi quod illa excitatio erit ultima, & illi restiterit, non possit salvari. Ex quo uteriusque, ut licet ille peccauerit peccato impenitentia, non consentiendo illi ultimæ excitationi, nihilominus illa transacta iam non comicit nouum impenitentia peccatum, quia nec aduertit, nec ita excitatur, ut aduertere possit. Ex his vero non fit illum hominem etiam pro illo tempore esse extra statum salutis, quia ex vi status est capax remissionis peccati, si penitentiam agat: & autem illum non fit acturus, est per accidens, & ex eius negligientia, vel malitia. Vnde simpliciter loquendo etiam possit in eo breui tempore homo ille peccator potest penitentiam agere ex vi generalis prouidentia ultimam ex gratia. Nam licet futurum sit, ut amplius non excitationem per generales causas, seu media gratia: id est repudiat accidentiarum & contingens, & non prouenit ex non excitatione, seu ordinatione divina positiva, ut cur amplius sic dicam, sed ex præscientia & permissione. Pra- id non prouenit expositio- ficia repu- medie ex parte scia, & interius excitare, quia satis illi prouidit excitando permissione illum in illo articulo necessitatis, & tempore satis ne Dei morti vicino.

Ad ultimum ex Concil. Senonen. respondetur, Responde. Concilium loquuntur fuisse eodem modo, quo turat Con- Scriptura, quam allegat: nam Deus semper est ad eil. Senoni- ostium cordis paratus ad pulsandum, non tamen continet pullat, sed temporibus opportunitis, idque

Y 2 fatis

7.  
Soluntur  
obiectio-  
nes factæ.

Penitentia  
duplex pro-  
xima, & re-  
mota.

Responde  
ad locos S.  
Scripturæ.

satis est, ut gratia necessitas y sui libertatis non repugnet, ut infra dicetur.

8. *Alia dubitatio circa propositam generalem re-*  
*An aliqui gulam est, utrum ab illa regula exceptio aliqua fiat,*  
*fideles pro- vel admittenda sit, quod est querere, an aliqui*  
*pter tua pec- catata aliqui-*  
*catata etiam ex fidelibus propter grauissima*  
*peccata interdum deserantur a Deo pro aliquo hu-*  
*do suffici- ius vita tempore, ita ut fine auxilio sufficienti re-*  
*enti desti- linquantur. De hoc vero punto disputauit in 4.*  
*tomo de Pecc. disp. 8. & ser. nihil occurrit adden-*  
*dum; ibi enim adnotauit duobus modis posse hanc*  
*exceptionem intelligi. Primum ex parte ipsorum cri-*  
*minum, seu peccatorum, ita ut sint aliqua irremis-*  
*ibilis, vel multitudo aliqua peccatorum certa, que*  
*ex lege Dei puniantur hac poena priuationis omnis*  
*auxiliij in hac vita in hoc sensu ostendi esse certissi-*  
*mum, non esse talem exceptionem admittendam;*  
*& nonnulla Scriptura loca subobscura declarauit.*  
*Alio modo potest intelligi exceptio ex parte perso-*  
*narum, quia potest Deus aliquos ita punire, & du-*  
*bium est, an interdum faciat, & sic diximus rem*  
*non esse tam certam, nihilominus veram omnino*  
*esse sententiam, quia talem exceptionem admittit;*  
*quam capite sequenti confirmabimus, ybi ostende-*  
*mus, etiam infideles non relinqui a Deo in hac vita*  
*sine sufficiente auxilio gratiae, ut conuerti possint;*  
*ergo multo minus relinquit fideles quantumvis*  
*iniquos, & peccatores sine sufficiente auxilio.*

9. *Dicendum ergo est nullam esse admittendam*  
*exceptionem a generali regula posita, quia cum il-*  
*la regula & voluntas Dei tot modis sit nobis in*  
*Scriptura tradita, & per Ecclesiam declarata, non*  
*licet nobis aliquem hominem ab illa excipere, ni-*  
*si per eandem Scripturam, vel Ecclesiam a qua de*  
*exceptione constet, vel ratione conuincatur, sed*  
*nullo ex his modis talis exceptio, ut ex dicens in*  
*capite sequenti patet, ostendi potest: ergo*  
*Ratione item declaratur, quia auxilio sufficientis*  
*aut est ad non peccandum iterum, vel ad resurgen-*  
*dum a peccato commissio: neuro autem modo ne-*  
*gatur peccatori in hac vita auxilio sufficientis: er-*  
*go. Minor quoad priorem partem de peccatis fu-*  
*turis declaratur in hunc modum. Quia sermo*  
*esse potest de auxilio sufficiente ad vitenda singula*  
*peccata in particulari, seu seruandum preceptum*  
*in omni occasione particulari, in qua eius*  
*obligatio occurrat: velet sermo de perseverantia*  
*longi temporis in obseruatione praecitorum sine*  
*lapsu. Priori modo non destituitur fidelis auxilio*  
*sufficiente in aliqua certa ac definita occasione pec-*  
*candi vel seruandi preceptum obligans, quia vel si-*  
*ne illo auxilio potest vitari hic & nunc peccatum,*  
*et seruari preceptum, ut contingere potest in pec-*  
*cato contra solam legem naturalem, non virgente*  
*sufficientis in*  
*determinata occasio-*  
*ne alicui, is*  
*non pecca-*  
*ret.*

*Sinegare & seruari preceptum, ut contingere potest in pec-*  
*tato contra solam legem naturalem, non virgente*  
*sufficientis in*  
*grauis tentatione, & tunc licet negetur auxilio spe-*  
*iale, non negatur necessarium, sed abundans, & i-*  
*deo non tantum peccatori, sed etiam iusto potest*  
*interdum non dari, quia tunc auxilium, (ut ita dicam,) generalis est sufficientis, & hoc non negatur. Vel*  
*illud auxilium gratiae est simpliciter necessarium*  
*propter tentationem virgenter, vel quia praecip-*  
*tum est supernaturale, & tunc si negaretur auxilio*  
*sufficientis in certa, & determinata occasione, homo*  
*non seruans preceptum non peccaret, quia sine suf-*  
*ficiente auxilio non potest. Qui autem non facit,*  
*quod non potest, non peccat: quod maximè verum*  
*est, quando absolutè non potest in particulari actu*  
*& occasione, ut in lib. 2. latè dictum est. At vero*  
*nullus peccator excusat ab obseruatione praecip-*  
*ti, vel a culpa in transgressione eius, propter*  
*priora peccata, neq; propter obdurationem suam,*  
*nec potest verè dicere, per Deum absit; ergo non om-*  
*nino priuatur auxilio sufficiente. Denique talis*  
*peccator cum habeat fidem, potest per illam orare,*

& ad hoc sufficienter excusat ipsam tentatione & periculo, si autem oret, siue oportet, non denegabit auxilium; ergo.

Si autem sit sermo de auxilio ad non peccandum diu, quia ad hoc est necessaria gratia sanctificans, auxilium sufficientis ad iustificationem erit consequenter saltem remota sufficientis ad non peccandum postea quotis tempore, iuxta dicta cap. praecedenti; & illud satis est. Nam ergo probatur nemini fidelis negari auxilium sufficientis ad resurgendum a peccato, quandiu huc vivit, quia etiam ille peccat quoties debito tempore non seruat penitentia praeceptum quo obligatur, nec enim propter peccata praecedentia excusat. Idemque de praecepto amandi Deum super omnia: si autem talia praecepta seruet, iustificabitur. Item semper potest orare per fidem, quam habet, & reddit argumentum factum: ab his autem obligationibus nemo excipitur; ergo nec a regula habendi auxilium sufficientis fidelis aliquis excipiens est.

Dicunt aliqui, tali homini non dari auxilium sufficientis, etiam pro illo tempore, & nihilominus imputari ei peccatum, quod tunc committit, quia propter peccata praecedentia illi denegatur tale auxilium, iuxta illud Pauli ad Rom. 2. propter quod tradidit illus Deus in reprobum sensum, ut faciam ea quae non contentunt. Imo addunt aliqui, etiam si per totam vitam denegentur homini talia auxilia, imputari illi omnia sequentia peccata, quia propter peccatum originale denegantur. Sed hoc nullo modo sustineri potest, quia si homo eo tempore & momento, quo transgreditur praeceptum, non habet libertatem, nec potestatem ad vitandum actum, erit quasi una materialis transgressio, & non imputabitur ei ad nouam culpam, & consequenter, nec ad nouam peccatum coram Deo, ut est certa doctrina, ut Paulus dicit de tali homine qui thesaurizat sibi iram; ergo de novo committit culpam; ergo non imputatur tantum ratione praecedentis culpæ. Accedit quod effectus sequitur ex priori culpa, si nullo modo fuit præius, nec moraliter pregiueri potuit, etiam in priori culpa non imputatur, quia non est voluntarius: in praesenti autem talis effectus non est præius in praecedenti culpa, & maxime in originali; ergo nullo modo imputatur, si in tempore, quo fit delictum, deest auxilium quo potest vitari; ergo ceccarii tantum est in illa opportunitate non negari. Et hæc expressa sententia Augustini lib. 3. de lib. arbit. cap. 18. 19. & 22. contra Faustum cap. 44. & 5. contra Iulian. cap. 5. & lib. de nat. & grat. cap. 67.

Dices hæc ad summum procedere de fideli, quando in fide perseverat: fieri autem posse ut propter multiplicationem peccatorum ita derelinquitur, ut fidem amittat, & ita omni auxilio sufficienti priuatur. Respondeo, ut talis homo consideratur priusquam amittat fidem, vel postquam amissum; in hoc posteriori tempore iam incepit infideles numeratur, de quibus capite sequenti dicimus. In priori autem tempore numquam priuatur auxilio sufficienti ad conferuandam fidem, quantumvis alia peccata multiplicet fidei non contraria: quod patet ratione facta, quia non priuatur auxilio ad vitandum alia peccata in particulari, ergo nec a vitandum peccatum contrarium fidei, alia sententia contra fidem, vel illam negando, non peccat, & consequenter nec fidem amitteret, nam fides semel habita non admittitur in hac vita fine culpa aucti illi contraria. Ergo fidelis peccator nunquam priuatur auxilio sufficienti ad resurgendum a peccato. Hæc autem intelligenda sunt de auxilio suffi- ciens communis & ordinario: nam extraordi- nariis auxiliis saxe priuatur peccatores proprii a Deo per peccata sua, ut capite sequenti dicam. Unde sit ut saxe.

sepe moraliter resurgere non possint propter nimiam difficultatem ex prava illorum dispositione subortam, quā commune auxilium, licet in rigore sufficiat ad opus, moraliter tamen difficultatem non afferit, quā interdum vocatur impossibilitas vel moraliter, vel secundum Dei praeventionem, & quia in illa difficultate, & impossibilitate sepe derelinquuntur à Deo, ideo dicuntur in Scriptura deserti, & obdurati, ve in cap. sequenti generalius dicemus. Quādam verò Augustini loca difficultas quia omnibus statibus peccatorum communia esse possunt, in capite ultimo huius libri tractabuntur.

## CAPUT XI.

Quomodo infidelibus omnibus detur auxilium sufficiens ad fidem, & salutem.

**S**Vpponimus generalem regulam cap. 8. constitutam etiam in omnibus adultis, & infidelibus, sub illis omnibus, quos Deus salvare voluit, sub illisque omnibus, Dei salua- pro quibus Paulus orare obsecrabat, comprehensione in duntur. Imò Principes & Reges, pro quibus in fidē com. particuliari orationem postulabat, eo tempore in- pectabuntur. fideles erant, & praterea Scripturā locutiones sepe sunt ita vniuersales, ut omnes comprehendant, ut

Ioan. 1. illuminari omnem hominem. Apocalyp. 3. Ecce Ioh ad oīum, & palo, si quis, &c. & huc etiam spectat generalis vocatio Christi Matth. 11. Venite ad me omnes, &c. interdum verò loquitur specialiter de impiis & infidelibus. Et Paulus Acto. 14. cum dixisset Deum reliquias gentes ingredi vias suas, statim conatur ostendere non fuisse reliquias sine sufficiencia auxilio. Et hoc etiam supponit ad Rom. 1. cùm dixit gentes fuisse inexcusabiles. Item Isa. 65. Ex- pandimus meas ad populum non credentem & contradic- entem. Et hoc etiam probat vniuersalitas redemp- tions Christi, iuxta illud 1. Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, nam in mundo etiam infideles comprehenduntur, & ideo ipse praecepit Apostolis: Euntes in mundum vniuersum prædicare Euangelium omni creaturæ, quia omnibus sine exceptione media salutis preparabat.

Item ex SS. Et ad eundem loquuntur de generali largitione gratia quantum est ex parte Dei. Patres, quos par- Aug. Greg. tim in dicto lib. 4. de Prædest. cap. 4. allegauit, par- Mer. Amb. tim in superioribus ostendendo dari reprobis auxilium verò sufficiens: quibus addi possunt Dio- ny. cap. 9. de coelect. Hierarch. dicens radium di- uniluminis paratum semper esse, & omnibus patre ad participandum, & ad cætitatem erroris ex- pellendam. Et Nazianz. qui orat, 21. de laudib. Athanasi in principio Deum confert soli qui mun- dum illuminat vniuersum, quam comparationem eleganter etiam ponderat Ambrosius serm. 8. in Pfl. 118. & August. lib. 1. de Gen. contra Mar. cap. 3. & lib. 1. retract. cap. 10. Cyrillus etiam & Chrysost. in Ioannem, ita exponunt verba illa, illuminat omnem hominem, &c. Chrysostomus item homil. 26. ad Hebr. Denim dicit paratum esse ad omnes iuandos, & idem habet latè Prosp. ser. toto lib. 2. de vocat. gent. præsertim cap. 25. 26. & vlt. de- nique rationes supra factæ cap. 8. hoc confirmant.

Hac igitur veritate supposita, quærimus quo- modo hęc sufficiens gratia omnibus infidelibus conferatur. Possimus autem infideles in tres ordi- nes distinguere, quidam sunt, quibus non solum predicata fuit fides, sed etiam interdum donata, ab illa tamen postea per apostoliam, & hæresim ceci- derunt. Alij quibus fides prædicta sufficienter est,

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

illam tamen amplecti noluerunt. Alij qui vel nihil de Euangelica fide audierunt, vel certè numquam fuit illis sufficienter proposita. De primis facilis est responsio; dicendum est enim huiusmodi homines Lap. à fide, antequam fidem perderent, ita receperisse auxilium gradiam suf- sufficiens ad perseverandum in fide, huc accipiunt fidei tem- iusti auxilium sufficiens ad perseverandum in gra- receperunt. tia, sicut postea illam amittant. Itemque dicimus si tantum fidem mortuam habuerunt, ita accepisse auxilium sufficiens ad comparandam vitam eius, seu charitatem & iustitiam, huc alii peccatores, qui semper in fide perseverant, illud accipiunt. Et eadē proportionalis ratio & omnia ibi dicta possunt hęc facile applicari, neque in hoc est noua difficultas. Postquam autem isti facti sunt infideles, credendū est non omnino priuari auxilio sufficienti, vt resi- pescant, iuxta proximè dicta in cap. præcedenti, quia semper manent viatores & resurgere possunt. Quia verò inicium iustificationis à fide sumendum est, & illi fide carent, auxilium sufficiens eorum in- cipit à vocatione ad relinquendum errorem, & ad veram fidem redeundum. Hanc verò vocationem recipere credendum est temporibus opportunitis, (scilicet diximus de vocatione ad pœnitentiam,) quando occurrit aliquid, quod memoriam antiquę fidei, & prioris laus plus exciteret, vel quando necesi- tatis conftendi, aut exercendi fidem occurrit, vel alii similiibus, præter alias occasiōes, quas Deus pro sua liberali gratia ad huiusmodi homines excita- tando obseruat, vel procurat. Addo infuper præ- ter vocationem ad fidem, posse illis dari auxilia ad aliquā opera bona, vt in sequenti membro dicam; est enim quod hoc eadem ratio.

De secundo item genere infideliū, qui non ignorant inculpabilitatem Euangelium, quia illis sufficienter propositum est, non est explicatu difficile, des suffici- quibus si- quando & quomodo datur eis auxilium sufficiens enteret ad salutem. Nam in illis etiam primum auxilium prædicata, necessarium est ad credendum: hoc autem illis da- sed surdis. tum est, quando illis fuit proposita fides; quia, vt diximus, Deus non negat internam vocationem, quando externam concedit; ergo sicut exterius vocationes sunt, ita etiam est credendum interius fuisse sufficienter excitatos, vel vt possent immediate vel credere, vel saltem vt aliquam diligentiam adhibere possent perfectius audiendum, vel considerandum, vt ita possent paulatim ad voluntatem credendi peruenire, nec enim necestis est, vt hoc auxilium sufficiens à principio sit integrum, & comple- tum respectu deliberati consensus fidei, vel pœnitentia, vel alterius simili actus, quasi ultimata intenti; sed satis est quod sit sufficiens ad aliquid agendum, quod si sit, dabatur vltius auxilium, & sic consequenter donec ad proximum, seu integrum perueniat: vnde si primus gratia impulsus in vacuum recipiatur, quia homo deest gratia Dei, contingere potest, vt Deus vltius in moti- bus gratia non progrederetur.

Dices: quod si homo, qui semel prædicta est fi- des, tunc resistit, & postea ex eum non occurrit occa- sio audiendi fidem, numquid ille homo manet in lostatur, & rglis vlti- sū tempore sufficiens auxilio gratia instantie de- dicitur? Videretur enim id sequi ex declaratione responde- facta, quia tali homini non datur hoc auxilium, niū per fidei prædicationem: hoc autem videtur absurdum, tum quia alias auxilium sufficiens multis hominibus solam daretur semel, vel iterum in vita, quod non potest dici auxilium absoluē sufficiens ad salutem, tum etiam, quia alias tali homo post illam primam resistentiam, & ratione illius manere quodammodo extra statum; vel saltem extra possibiliter salutis. Respondeo, si in huiusmodi homine maneat aliqua memoria prioris vocationis, & prædicationis fidei, per illam poterit

iterum, vel sapientius existari; quia moraliter deesse non possunt occasiones excitantes memoriam illam, quas credendum est, Deum non præterire, quia eis ad vocandum interius hominem vatur; si vero nulla manet memoria præteritæ vocatio-  
nis & prædicationis, vel nihil amplius occurrit, quod illam excite, tunc de tali homine pro illo tempore ita iudicantur, sicut de aliis qui nihil de rebus fidei vñquam audierunt, de quibus di-  
cendum superest.

4. Tota igitur difficultas est de his infidelibus qui Tota diffi- bus Catholica fides numquam prædicta, nec de culta est de illa quicquam audierunt. Ratio autem difficultatis, quibus tis est, quia isti nuncquam receperunt auxilium suffi- fides nō est ficiens ad credendum; ergo neque ad salutem. prædicta. Consequens clara est, quia fundamentum salu- tis pro tis est fides: ideoque qui credere non potest, nec salutaris potest; sed qui non recipit auxilium suffi- probatur ex ciens ad fidem, credere non potest; ergo nec salua- ri potest, nec auxilium sufficiens recipit ad salutem.

Script. Antecedens probatur, quia fides ex auditu, teste Paulo ad Roman. 10. vnde subiungit, *Quomodo ven- deni ei, quem non audierunt: quomodo autem audient sine predicatione, & ideo dicebat Christus Dominus Luc. 7. Rogate Dominum missis, ut mittat operarios in missam suam*; qui per hos operarios, statuit Deus fidem propagare, & homines ad credendum excitare, & ideo Paulus ad Roman. 1. dicit Euangelium esse virtutem Dei in salutem omni credenti, quia per illud reuelatur iustitia Dei ex fide. Ergo quibus non est prædicatum Euangelium, non est applicata virtus, neque aperta via ad credendum; ergo nō recipiunt auxilium sufficiens, quo possint credere.

Secundum argumentari possumus ex his, quæ in Scriptura legimus: nam quos Deus vult ad fidem attrahere, ad illos Prædicatores mittit, & quibus negare vult vocationem ad fidem, prædicationem etiam externam avertit. Primum ostenditur in sa-  
to Eunuchi, ad quæ Deus misit Philippum, Actor 8. & ex fact. Cornelij, ad quem Deus misit Petrum, Actor. 10. Imò etiam ad Paulum missus est Ananias, Act. 9. Et cum Deus velle Macedonios ad fidem vocare, vult per notum Pauli ostendit: *vit Macedo quidem erat flans, & deprecans eum, & dicens: Transtiens in Macedoniam adiuuas nos*, Actor. 16. vbi subiungitur de Paulo, *ut autem vixum vidi, statim quefuiimus proficiens in Macedonia, certi facti, quod vocasse nos Deus euangelizare eis*. E contrario vero cum Deus nollet pro eodem tempore Asia & Bythiniam ad fidem vocare, *Paulus & socij, retinunt sunt a spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia, & cum tentasse ire Bythiniam, non permisit eos Spiritus sanctus: ergo signum est eos vocari, quibus prædicatur Euangelium, & illos non vocari, quibus non prædicatur; ergo hi non accipiunt auxilium sufficiens ad credendum.*

Ex S. Aug. Terrio augetur difficultas, quia hinc colligit Augustinus magnam esse Dei gratiam, quando prædicatores fidei & suos veritatis ad aliquem mittit, quia nimis illa est via ad initium fidei & iustitiae; & contrario vero ad occultum iudicium pertinere, quando Deus prædicatores verbi sui ab aliquo gente avertit, vel occasionem audiendi verbum Dei negat. Primum patet ex Augustino locis sapientius citatis qu. 2. ad Simplici, & de spiritu. & lit. cap. 34. & de prædict. Sanct. cap. 8. & sumitur ex his, quæ in explicatione mystica Psalmi 134. dicit circa illa verba. *Educens nubes ab extremitate terra, per nubes intelligentes Apostolos, & alios Euangelij Prædicatores, per quos Deus fulgura in pluviam conuer-  
tit, id est, terrores & vindictas in pluviam gratias & misericordias, & in id Psal. 87. Numquid mortuæ facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi. Vbi per medicos etiam Pastores & Doctores Ecclesiæ intelligit, qui licet non suscitent spiritu-*

liter mortuos, applicant tamen medicinam, qua per gratiam Dei suscitantur. Ac denique lib. 1. de peccat. merit. cap. 22. ex gratia & prædestinatione Dei dicit oratio, quod aliquis etiam si ruditus ingenio, & prauis moribus sit; occasionem habeat audiendam Euangelium, & inde proficiendi ad salutem. Et ibidem edocet, miraturque, quod sepe alius melioris ingenij, naturæ, ac probitatis morum ibi nascatur, & vñque ad mortem vivat, vñque laudabilem prædicationem Euangelij audiat, quod pertinet ad secundam partem, quam proposuit. Et similia ferè habet dicta qu. 2. ad Simplicianum sub finem. Prosper etiam lib. 2. de vocat. gent. cap. 3. & contra Collator. cap. 25. & ad Gallos cap. 3. & cœpist. ad Rufin. ad hoc iudicium Dei refert, quod Spiritus sanctus vexit Paulum in Asiam & Bythiniam ad prædicandum Euangelium, Act. 16. & similiter quod Paulus ait Rom. 1. sapientius proposuit, *ire Roman ad prædicandum Euangelium, & pro-  
hibuit vultus: a spiritu sancto vultus prohibutum*, Chrysostomus. Ambrosius, D. Thomas & alii intelligunt, colliguntque inde tam verba, quam intera Prædicorum à nuto Dei pendere. Ergo qui diuinum iudicium hoc gratia, seu hoc ostio ad gratiam priuiantr, gratiam sufficiemt ad salutem non recipiunt.

Quarto possumus ratione argumentari, quia infideles, qui prædicationem fidei non habuerunt, habent ignorantiæ inuincibilem fidei, & non possunt peccare non credendo; ergo signum est non habuisse auxilium sufficiens ad credendum, ac proinde nec ad salutem. Probarunt consequentia, quia cum auxilio sufficiens non facit, quod teneatur, peccat, quia potest, teneatur, & non facit: at isti non peccant, etiam teneantur per se loquendo; ergo signum est per impotentiam excusari: hoc autem impotentia non provenit nisi ex auctentia auxiliis sufficiens, nam in reliquis potestantur, ergo.

Nihilominus dicendum est, his infidelibus non negare Deum auxilium sufficiens ad salutem. Hac habebit veritas ex generali regula cap. 8. demonstrata colligatur, & in locis Scriptura ibi citozis comunicatur, præsertim illis, quæ generalius loquuntur, & dicuntur. Prouerb. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dasiam vocem, & c. Sapient. 11. & 12. latè; optimum vero testimonium est illud 1. Timoth. 4. *Speramus in Deum viuum, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium*. quod multi exponunt, quia omnium est alius saluator, saltem quoad corpora, iuxta illud, qui 3. Sept. solem suum facit oriri super bonos, & malos, & fidelium autem est saluator etiam quoad animos. Sed hoc non placet, quia codem modo dicitur saluator respectu omnium, maximè vero fidelium, quia eos specialius beneficis prosequitur. Atque ita intellexit Paulus Oforius, ut statim referens. & Pro-  
sper lib. 3. de vocat. gent. cap. 10. alias 31. dicens, quæ sententia subtilissime breuitatis & validissimi roboris si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc, de qua agimus, controvèrsiam dirimit, quia nimis Paulus di- cendo, omnium, & addendo, maximè fidelium, aper- illa generalitate comprehendit.

Hoc ipsum latè docet, & sapientius repetit idem Pro-  
sper lib. 2. de vocat. gent. cap. 10. alias 31. dicens, fuis vero cap. 25. ita concludit, *Deo autem plausum ( id est, efficacem gratiam ) multis tribuit & il- lam ( id est, sufficientem, ) nemini denegare, quæ verba aliqui de gratia tantum externa, & non de interiori auxilio intelligere voluerunt: sed imme- ritò, tum, quia nullum habet fundamentum in verbis Prospere, tum quia ille loquitur de gratia auxiliis sufficientis: externa autem vocatio de gratia auxiliis destituta non est auxilium sufficiens, ut supra ostendit;*

ostendi: tum etiam, quia loquitur de gratia, cum  
qua sunt inexcusabiles qui non cooperantur: ad  
hoc autem sola vocatio exterior non sufficit. Pra-  
terea Fulgentius epist. 7. ad Venant. totus est in  
hoc veritate demonstrata, namque optimis Scri-  
pturæ testimoniis & rationibus confirmat, & licet  
ex instituto de fidelibus peccatoribus loqui videa-  
tur, sicut ad omnes tam iustos, quam peccatores  
ser non extendit, & specialiter cap. 8. ait, *Sicut  
in diu nostro nulla est incurabilis plaga, ita nec in aliquo  
vulnere nec in aliquo tempore cœlestis potest deficere medici-  
na, quæ verba non video, quomodo possint de for-  
ta gratia externa, vel interna intelligi, nisi dicimus  
omnia esse facta, & solum in externa specie ap-  
parentia, quæ in tota illa epist. Fulg. scribit, quod  
nefas esset explicari.*

His accedit Paulus Orosius in Apolog. dicens,  
Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est  
Ecclesia seu specialia ob credentium fidem gratia dona largi-  
tur: verum etiam viuens in hoc mundo gentibus propter  
longanimum suam clementiam subministrare: & pollea  
explicat huius gratiae modum, ut statim referam,  
et etiam illustre testimonium Ambrosij exponen-  
tis illud Psalm. 118. in Octonario 8. Misericordia Du-  
mum plena est terra, quibus verbis coniungit illa  
Match. 5. Qui solum suum oriri facit super bonos & ma-  
los; & ait, *Quomodo misericordia Domini plena est terra,  
nisi per passionem Domini nostri Iesu Christi. & infra,  
Plena est terra misericordia Domini, quia omnibus est da-  
ta remissio peccatorum, super omnes solum oriri iubet, &  
quidam hic sol quotidie super omnes oritur: mythicus autem  
sol ait omibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus  
est, & omnibus resurrexit, adiungit quod ad rem  
maximè spectat, *Si quis autem non credit in Christo,  
generalis beneficio ipse fraudat, ut si quis clavis fenestræ  
radios Solis excludat, non ideo sol non est ortus omnibus, &  
infra super omnes pluina est, & hoc diuinæ mis-  
ericordiæ deputatur, quia pluit super iustos & in-  
iustos. Omnes denique Patres qui dicunt Deum  
omnes illuminare, & quamvis multi Christum  
non agnoscant, perillos stare quominus illumin-  
nentur, apertissimè idem sentiunt, tam de his in-  
fidelibus, quibus post Christum Euangelium præ-  
dicatum non est, quam de illis, qui aste Christi  
aduentum in gentium erroribus vixerunt, quos  
Patres superat retulimus, & ibi rationem huius ve-  
ritatis attulimus.**

Modus autem explicandi hoc auxilium & re-  
spondendi difficultatibus, duplex esse potest, vnu-  
sus deinceps sufficienter toti viuens au-  
xilia gratia, & pro omnibus & singulis homini-  
modo Deus bus, nullum excludendo, quantum est ex se, vo-  
gariem sibi lusse tamen ut haec auxilia ad singulos homines,  
habet ministerio aliorum hominum peruenirent. Sicur  
omnibus, & singulis apostolis in viuens mundum ad prædican-  
dum, & ante Euangelicam in lege veteri per Moy-  
sem, vel ante hunc per Abraham diligenti suffici-  
entia fidei remedia prouidit, & prius in toto tem-  
pore legis natura veram fidem à primis parenti-  
bus tradidit, eamque filii suis communicari ac  
sufficienter proponi, & à parentibus ad filios deri-  
uari voluit, & mediante fide cetera, etiam salutis  
remedia vnoquaque tempore, opportuna vel ne-  
cessaria omnibus tradidit, quia pro omnibus in-  
divis non differenter illa insituit. Ita ergo ex parte Dei om-  
nibus parata sunt sufficiencia auxilia. quod verò  
in multis contingat, ut talia remedia, vel prædica-  
tio fidei ad illos non perueniat accidentarium est,  
& à Deo non est procuratum, sed præsumum, &  
permisum, quæ quidem permisso nec iniusta est,  
quia Deus nulli debet maiora auxilia. Imò, ut Au-  
gustinus sepe tradidit, cum homines essent in origi-  
nali peccato, hæc censeri potest iusta illius pena

in his, qui illam patiuntur, licet alii fuerit ex mi-  
sericordia Dei remissa. Neque etiam est illa per-  
missio contra voluntatem antecedentem Dei sal-  
uandi omnes homines, quia ex parte Dei para-  
ta est salus omnibus, & hoc solum ad illam perti-  
nec voluntatem. Nec denique est illa permisso  
contra debitum & sapientem Dei prouidentiam,  
quia non tenet Deus mutare, velagere commu-  
nem cursum causarum generalium in unoquoque  
ordine, ne in illo aliqua monstra, vel defecitus se-  
quuntur.

Vnde iuxta hunc dicendi modum non erit ne-  
cessarium, ut in fidei in sylvis educato, vel vi-  
uens Gentilibus, quibus vera fides nunquam  
per homines prædicata est, Deus, vel per se in-  
teriori, vel per Angelos aliquo extra ordinario mo-  
do fidem reuelet, quocumque modo viuant, quia  
ex vi generalis voluntatis, aut prouidentie, non  
cogit Deus miraculo modo homines saluare, vel  
ad fidem excitare, sed tantum per ordinarias  
causas, quæ si defin. Deus (ut si dicam) fun-  
ctus est officio suo viuens prouisoris. Et  
hunc modum dicendi videtur sequi Gregor. in  
1. d. 46. quæst. ad 3. vbi multum inclinat in eam  
sententiam, quod iusti non dantur auxilia ante-  
cedentia sufficiencia ad salutem, illum autemmo-  
dum generalis sufficiencia tribuit scoto & O-  
chamo.

Possumus autem hunc dicendi modum persua-  
dere primò ex Paulo Act. 17. vbi de antiquis genti-  
bus loquens, ait, tempora huius ignorancia deficiens prior ille  
Deus, nunc annunciat hominibus, &c. despixisse enim modus.  
dixit, quia non peculiari modo illis prouidit, vnde  
de cap. 14. eandem prouidentiam Dei circa eos-  
dem fideles explicando, per causas tantum genera-  
les id facit, dicens, qui in præteritis generationibus  
duisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine  
testimoniis reliquit feneipsum beneficium de cœlo, dans  
pluias, & tempora fructifera, impletus cibo, & latitia cor-  
donofra. Vbi indicat solum per hos exteriores esse  
etius illas nationes ad sui cognitionem excitasse,  
non autem per aliquam reuelationem internam,  
vel extraordinariam illas docuisse: & in Epist.  
ad Rom. in principio, quodammodo de antiquis  
gentibus loquitur. In cap. autem 10. agens de  
tempore legis gratiae, in quo Deus nouo quo-  
dammodo volunt homines ad fidem vocare, non  
aliter hanc gratiam ad omnes peruenisse declarat,  
nisi qui a omnes audierunt, utique quantum  
est ex parte Dei, quia in omnem terram exi-  
uit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba

8. Secundò item declaratur ex causa parvolorum, parvulus  
multi enim parvuli damnantur, quia illis applica-  
runt non potuit habitus fides, seu remedium ori-  
ginalis peccati sive quia in inculpatione non potue-  
runt, sive quia sunt de parentibus Gentilibus, &  
omnino ignorantes tale remedium, sive quia viuens al-  
liet de fidelibus nati fuerint, contingit deesse ne-  
bus.

cessaria ad Baptismum, ita ut ante mortem illis  
applicari non potuerit. Et nihilominus illis etiam  
saluare volunt Deus, eisque censetur auxilia suffi-  
cientia dedisse in causis viuens Gentilibus gratia, vel  
in suis parentibus, ut ait Prosper lib. 2. de vocat. Propter  
gent. cap. 8. alias 23. nec oportet, ut per miraculo-  
fa, vel extra ordinaria remedia Deus illis prouideat;  
quid ergo mirum, quod idem contingat in  
multis adultis? Aliud non dissimile exemplum est  
in his peccatoribus, qui in perpetuam amentiam  
incident, in qua incapaces sunt auxiliorum suf-  
ficiencia, quibus justificari possint, quæ in se  
ipsi recipiant, & nihilominus ex parte Dei non  
denegantur illis sufficiencia remedia. Nam Deus prolapsis,  
ex se illa dare paratus est, & aliud impedimentum

accidentarium est, ex generali causarum ordine proueniens Deo vidente, & permittente. Ita ergo de ceteris impedimentis, vel defectibus contingentibus in alius hominibus dici potest.

Hic modus dicendi non continet iniustitiam, nec aliquid simpliciter repugnans diuinam bonitatem si impli-ti, vt in discurso factos sat ostenditur. Estque cetera diuina hoc maximè verum si meritum humanæ naturæ bonitatis, per peccatum originale corruptum consideremus, nec iniustitiam cuius indigna est facta omnium auxiliorum gratia, & ideo licet illis priuaretur, nulla est iniustitia in Deo, sed iusta pena, vt August. lib. de bono, perseuer. cap. 8. considerat, nihilominus tamen supposita Christi redemptio & voluntate, quam Deus habuit prouidendi omnibus hominibus necessaria ad remedium peccati, & singulis iuxta capacitatem suam, non satis facit ille modus explicandi auxilium sufficiens adulorum. Primo, quia adulti sunt capaces propriae preparationis & dispositionis ad participandam Christi redemtionem, & peccati remissionem obtinendam, ergo in se ipsis debent aliquo modo recipere auxilium sufficiens quo possint disponi, alioquin qui non recipiunt in se hoc auxilium, non sunt liberi, nec in se potestatem habent ad consequendam salutem; ergo per alios, vel per solas vniuersales causas extrinsecas non satis illis est prosum.

Secundò, quia licet verum sit, potuisse Deum sine iniustitia negare absoluted omnibus, vel alii quibus hominibus lapsi hoc auxilium, non esset tamen iustum imputare carentibus tali auxilio propriam damnationem, nisi tantum ratione peccati originalis, nam propria non possent illis imputari, si non haberent auxilium sufficiens ad vitanda illa, iuxta doctrinam supradictam ex Augustino de corrept. & grat. cap. 11. & 12. imputantur autem & propter illa damnantur, vt est certum ex Paulo ad Rom. 1. dicente, gentes fuisse inexcusabiles, & thesauarizantes super iram in die ira: ergo necesse est, vt in se ipsis & proxime recipiant auxilia; ad non committenda propria peccata personalia. Ergo mediante tali auxilio recipiunt aliquo modo in se auxilium sufficiens ad salutem. Nam omnis adulthus qui habet auxilium sufficiens ad non peccandum, habet etiam ad salutem consequendam, qua ratio magis ex sequentibus declarabitur.

Cōfirmatur. Tertio tandem hoc confirmatur ex Patis, qui hanc generalem gratiæ communicationem quoad adultos, non solum in causis extrinsecis & vniuersalibus, sed etiam in internis auxiliis & inspiracionibus constituant. Prosper enim lib. 2. de vocat. gent. cap. 26. aliàs 9. cùm descripsisset externas & internas gratias, quibus Deus homines vocat, subiungit, Quæ opisulatio per inumeros modos sive occultis, sive manifestis omnibus adhibetur, & quid à multis refutatur, ipsorum est nequitia: quid autem à multis suscipitur, gratia est diuina, & voluntatis humana. & in eodem sentiu in cap. 4. aliàs 1. de reprobis dixerat, qui quidem in comparatione electorum videntur abiecti, sed nunquam sunt manifesti, occultisque beneficiis abdicati, & cap. 5. aliàs 2. cum dixisset, tam in populo Dei, quām in gentibus neminem fuisse iustificatum, nisi per spiritum gratia, subiectis statim, qua est parvior ante, atque occultior fuit, nullis tamen seculis se negauit, virtute una, quantitate diversa, consilio incomparabili, operi multi formis. & apertissime cap. 23. aliàs 8. Circamaiorem (inquit) prater generalem gratiam parvius atque occultius omnium hominum corda pulsantem, &c. Eamdem sententiam indicant Fulgentius, Paulus Oros. & alii Patres supradicti allegati, & in eadem fuisse Augustinum, infra ostendemus.

10. Alter igitur modus explicandi sufficientiam

hanc, est, quam indicant verba illa Iohannis 1. Erat lux vera qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quæ verba (visuprà dixi) illuminatio ne interna & supernaturali Patres intelligunt, & omnibus hominibus adultis generaliter quantum est ex parte Dei communicari sentiunt. Luxa quam interpretationem, etiam illis inidelibus, quibus Euangeliū, vel fides per homines prædicata non est, Deus prouidet modum, quo illuminantur, & excentur sufficienter ad fidem; si per eos non sterterit, vel extraordinarie modo prouidendo, vt ad illos Prædicatores mittantur, vel ministerio Angelorum eos docendo, vel per seipsum illos interius illuminando, & vocando, ut sic etiam in omnibus hominibus illud Apocalypsi 3. locum habeat, Ego loeo ad ostium, & puls, quam sententiam non obscurè indicat Prosper locis citatis, & specialiter cap. 23. etiam de parvulis ait, ad aliam ferme gratia partem, quæ vniuersis semper est impensanacionis. & addit, quia ritque bene eorum videntur parentes, nam ipsi per eosdem invincuntur. Ergo supponit adulis parentibus in se ipsis datum esse sufficientem gratiam, qua bene vti potuissent, & peream non solum saluti propria, sed etiam infantiū prouidere. Vnde sicut parentibus imputantur filiorum defertio, ita multo magis vniuersis adulto imputandum est, quod fidei lumine carcerit. & ita Dionys. cap. 9. de celest. Hierar. dixit. Non recte impunari gubernatoribus Angelis, si gentes alia ad falsum Deorum cultum devoluta sunt; sed illis ipsis qui motibus propriis & rectis calle, quo ad Deum ascendere possent, sua sponte devarunt. Fuerint ergo per Angelos instruti, nisi ipsi impedimentum posuerint, vnde infra dicit. Divinitus luminis pelagus paratum semper est, & patet omnibus aliqui Dij, sed vnum illud omnium, ac singularis primis, ad quod sane obsequentes duebant Angelis prefigi singulis gentibus. Eodem modo Irenæus lib. 4. cap. 71. ait Deum deditis omnibus liberum arbitrium, cui vni non interficit; seu bona (inquit) sententia adest illi semper ritque ex parte Dei illuminantis & inspirantis illam, hoc est enim quod subiungit, & propter hoc consilium quidem bonum dat omnibus: posuit autem in hominum potestate, dictione, & idem sentiunt alii Patres supradicti relati ybi cum de hoc generali gratiæ communicatione loquuntur.

Ratione potest hoc breuiter ostendere à sufficienti partium enumeratione, quia etiam hos infideles nunquam exercitiū vocatos ad fidem per ministerium hominum Deus vult salvare; quantum in ipso est, non obstante originali peccatori in modo ab hoc ipso peccato vultillos eripere propter Christum; ergo aliquo modo illis contulit sufficientia media: at non contulit in solis causis vniuersalibus, nec solum per alios homines, vt ostensum est; ergo conseruat, vel proxime, vel remotè, vel saltem in eorum potestate illud constitutum, vt si contingat illud non recipere, reuera per illos ster, & non per Deum: nec per solam naturalem aliquam imponentiam id eueniat, quomodo autem hoc intelligendum sit, & qualiter difficultatibus in contrarium occurrentibus sit satisfaciendum, in sequenti capite ex- plicabimus.

## CAPUT XII.

Difficultas circa superioram doctrinam proponitur, eti que occasione tractare incipit axi-  
mallud, Facienti quod in se est  
Deus non denegat  
gratiam.

Ex dictis in fine precedentis capituli difficultas nascitur quae est una ex potissimum huius materia, & his temporibus valde controversa. Nam videtur ex dictis sequi, Deum expectare voluntates hominum, ut eos ad fidem excitet, & consequenter dare illis hanc priorem gratiam excitantem ex bono vsu liberi arbitrij naturali: hoc autem est incidere in errorem damnatum Semipelagianorum; ergo. Sequela patet, quia Deus non dat omnibus his infidelibus huiusmodi excitationem supernaturalem ad fidem, quia re vera multi eorum sunt qui nec exterius audierunt, nec interius senserunt motionem ad fidem nec aliquam rerum fidei apprehensionem habuerunt, & nihilominus dicitur Deus paratus esse ad dandum eis hanc excitationem, & per eos stare, quod illam non accipiunt, & hoc modo dicuntur accipere a Deo auxilium sufficiens ad credendum quantum est ex parte Dei; ergo aliquid Deus expectat ex parte illorum, ut eis hanc gratiam conferat; nam si nihil expectaret, omnibus indifferenter daret: falsitas autem consequens probatur, primò ex Concilio Arauifano can. 4. *Si quis, ut a peccato purgetur, voluntates nostras* Deum expectare contendit, *reficitur ipsi Spiritus sancto loquitorque de expectatione quod primam gratiam, qua præparatur voluntas a Domino, usq[ue] latet, nam ad infusionem subsequentis gratiae, & formalem remissionem peccati, non est dubium,* *quoniam Deus expectet voluntates nostras cooperatorates vocationi sue, ut postea dicemus lib. sequenti.* Secundò idem probatur ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. dicente, initium iustificationis sumi a vocatione Dei, quia nullus precedentibus meritis Deus hominem excitat. Si autem Deus expectaret hominis voluntatem, iam aliquod meritum ex parte hominis præcederet. Terriò, quia initium supernaturalis sanctificationis est ex nobis, non ex Deo, quia præcederet ex parte hominis aliqua ratio totius iustificationis.

In hoc puncto occurrebat in primis tractandus error se. error Semipelagianorum, dicentium, vel semper vel saltem interdum, vel in aliquibus hominibus expectare aliquem bonum usum liberi arbitrij, ut opus gratiae in illis facere incipiat, sive expectet usum illum, ut meritum perfectum, vel imperato- rium, sive ut aliqualem dispositionem, & rationem, propter quam opus gratiae incipiat, nam a tali dispositione, vel ratione non potest aliquis ratio meriti, sicut imperfecti, separari: cuius erroris authores & sensum in lib. 1. cap. 15. & 16. pro viribus explicauimus. Circum illius autem impugnationem, necesse non est multum in præfenti immorari, tum quia expressè damnatus est in Concilio Arauifano, scilicet per omnes canones, & in Tridentino sess. 6. cap. 5. tum, quia in dicto loco loca Augustini, & Prosperi, aliorumque Patrum retulimus, qui ex professo errorem illam impugnant, tum præterea, quia in lib. 2. de prædest. cap. 12. ex professo errorem illum impugnauimus tum de- niq[ue], quia in his, quæ cum Catholicis disputabimus, afferemus omnia quæ pro hoc errore, vel contra illum desiderari possunt.

Omissis ergo Semipelagianis, multi ex Catholicis Doctribus antiquis & modernis, docuerunt Deum aliquibus conferre fidem, vel vocationem, & primum auxilium ad illam excitans intuitu aliquorum sententia cuius boni operis naturalis ex viribus naturæ facti: alii verò non dare tale auxilium, quia nullo modo per bona opera naturalia ad illud se disponunt, quam sententiam olim docuit D. Thomas 2. d. 28. q. vñica, art. 4. ad 4. vbi sic ait, *etiam ad fidem habent aliquibus operis naturalis, ad fidem* *quam aliquis se preparare posset per id, quod in ratione naturali est, r[er]e[re]ndum, vel inspirando, vel doctorem mitendo, vbi aperte ante omnem excitationem ad fidem ponit præparationem homini si faciat quod* *in se est per lumen rationis naturalis, & ita intellexit locum illum D. Thomæ Caietanus 1. 2. q. 109. articulo 6.* Idemque D. Thomas in eodem 2. d. 5. quæst. 2. art. 1. explicat illud axioma de faciente quod in se est, per vires solius liberi arbitrij, & apertissimè q. de verit. art. 11. ad 1. vbi sic Caiet. inquit, *Si aliquis in suis nutritus ductum rationis naturalis sequeretur in appetitu boni, & fugia mali, certissimè est tenendum quod Deus ei, vel per internam inspirationem reuelare necessaria, vel ad eum predicatorum dirigeret.* Et idem ferè dicit in solutione ad 2. quem locum ad hoc ipsum allegant. Relect. de perueniente ad Victor. vñsum rationis p. 3. num. 14.

Eamdem sententiam indicat Bonavent. 3. d. 25. S. Bonavent. art. 1. quæst. 2. ad vñl. & Gabr. d. 24. art. 3. dub. 1. Gabr. & alii in fine. clarius Durandus 3. d. 25. quæst. 1. num. 9. antiqui latius Alenf. 2. p. quæst. 112. memb. 8. casu 2. & 3. Theologi, parte, quæstione 61. alias 69. membr. 5. art. 3. vbi querit an facienti quod in se est infallibiliter de- tur gratia? & responderet affirmando: in solutione autem ad 6. distinctius explicat dupliciter posse hominem facere quod in se est, vel ante fidem, vel post illum, & omisso nunc posteriori membro de priori ait, *in quolibet homine per naturam est ratio recta, & haec rectitudo est nota boni indita a creatione, & infra, si ergo secundum istam notiōem operetur homo suo arbitrio recurrendo ad illum, quem sit suum esse principium, & quem sit esse orandum sibi, & petat ab eo lumen cognitio- nis fidei & boni, dabitur ei, & sic faciet quod in se est.* Et nihilominus ibidem in solutione ad 1. & 3. ait gratiam quæ sic datur facienti quod in se est, merè gratis ac liberaliter, & non ex merito dari. Cita- tur etiam Altisidorense libro tertio summa tractatu secundo, capite primo, quæstione quinta sed ibi licet indistinctè approbat illud axioma, non declarat hunc sensum, rationes tamen, quibus vñt, possunt ad illum applicari, & in fine quæstionis addit, licet Deus de gratiam facienti quod in se est, nihilominus sèpè dare illum etiam non facienti quod in se est, quod non potest esse ve- rum de gratia sanctificante, loquitur ergo de gratia auxiliante. Allegatur, etiam Alber. in 2. d. 28. art. 1. ad 4. sed ibi indistinctè loquitur, magis videtur de dispositione ad charitatem obtinendam loqui. apertius id docet ibi Richard. art. 1. quæst. 2. dicens posse hominem per sua naturalia cum so- la generali motione primi mouantis, quam supponit quilibet actio creature, se disponere remotè ad gratiam gratum facientem, quia dum suo libero arbitrio rectè vñt, se disponit ad gratiam: ne- cesse est ergo, ut proximè disponent ad aliquam saltem auxiliante gratiam. quam sententiam refert & probat Nicolaus de Orbellis in 3. d. 27. & multi alij Scholastici antiqui eodem modo loquuti sunt, ponentes dispositionem aliquam ex naturali usu boni liberi arbitrij, saltem remotam ad gratiam sanctificantem, & consequenter proximam ad auxiliantem, ut Gabr. Ochain, Scotus, Duran- dus, quos reguli in lib. 2. de prædest. cap. 17.

Præ-

Ex recētō sententiam hanc eodem modo explicatam approbant, ex Thomistis quidem Soto 4. d. 1. q. 2. art. 3. §. ad argumentum ait, Respondetur ob id Deum gentilites condemnasse quod Deum quem naturali lumine cognoverant, non subinde qualiter ius natura iubebat coluerint: quod si ius illud natura seruissent, Deus illis altiori fidei radiis affulisset ut possent salvi fieri. Similia habet lib. 2. de natura & Grat. cap. 12. in fine. Consentit Cano Relect. de Sacramentis in genere p. 2. ad 1. & 2. nec disfert Victor. vbi supr. Medina 1. 2. variè loquitur. nam in q. 88. art. 6. in solutione cuiusdam secundi argumenti prius videtur negare illud axioma, facient quod in se est, &c. intellectum de faciente quod in se est per vires natura, & nihilominus statim addit ut infideli qui Euangelij notionem non habet, ut puer educatus in sylvis perueniens ad vium rationis bene vitatur naturali ratione Deum illuminaturum esse illum, & hanc regulam ponit ut certam ex illo principio quod Deus dat omnibus sufficientia media ad salutem in quaest. autem 109. art. 6. dub. 3. ad 2. prius idem dicit de puer perueniente ad vium rationis, vide. licet infallibiliter illuminari ad fidem si quod in se, facit per lumen rationis, & addit hoc esse reuelatum in sanctis Scripturis, & inferius dicit esse probabile illum axioma, facient quod in se est, &c. intellectum per vires natura, & postea dicit contrarium esse probabile, quae videntur repugnare, nam si est sermo de gratia habituali & iustificante, non solum est probabilis, sed certum, non dari infallibiliter ei, qui facit quod in se est, per vires natura, neque contrarium est probabile, ut in fru. loco dicetur: si vero est sermo de gratia actuali illuminante, quomodo est reuelatum in Scriptura quod puer ille bene ratione illuminabitur in inspiratione fidei, si illum axioma non est verum, & certum in dicto sensu. Constantius ita intellexit axioma illud, Vigilius in Instit. Theolog. cap. 10. §. 4. dicens auxilium Dei paratum esse facient quod in se est, id est, si cesset a peccato, & anhelet ad bonum rationis.

Vega.

Corduba.

Driedo.

Ruard.  
Molina.

4.

Hæc sententiam docet Vega lib. 13. in Trident. cap. 12. via 3. in fine, & idem probat nullum viatorum defitui auxilio sufficiente, quia nullus viator est, qui non possit bene utriusque suis: ei autem, qui hoc fecerit, Deus, qui nemini deest, auxilium sine dubio praestabit sufficientis ad obtinendum bona supernaturalia. Idem latè Cordub. lib. 2. de ignorant. quaest. 4. per totam, præsentim ad quoddam tertium argumentum, & videntur etiam est quaest. 5. ad 4. vbi ait axioma illum in eo sensu esse communiter receptum. Præterea sententiam illam in dicto sensu intellectum & piam esse, & ab omni suspicione Pelagiani erroris alienam docent, Driedo de capt. & redempt. gener. humani tract. 2. c. 5. p. 2. illius ad 2. & 3. q. & lib. de Concord. d. p. c. 3. longe à principio, & Ruard. art. 7. §. Doctores eisdem penè verbis Molina in Concord. disp. 9. & 10.

Fundamentum huius sententiae supponit axiota verum, facient quod in se est, esse verum in aliquo se supponit sensu, & quæsi per se notum in Theologia, & ideo hoc axioma breviter circa illum notare oportet, tribus modis facient quod posse intelligi iuxta triplex gratia significatum, posse in se est. test enim intelligi de gratia habituali, vel de actuali Deum non de. li concomitante, seu adiuuante, vel de actuali prænegat gratia, seu excitante. Primo modo intellectum est illum axioma à D. Thoma 1. 2. quaest. 109. art. 6. ad dis potest 6. & quaest. 112. art. 3. & in eo sensu dicit non esse intelligi intelligendum de faciente quod in se est per solas vires natura, sed per vires gratia auxiliantis, excusus modus tantis & adiuuantis, & sic intellectum esse verum, ex D. Tho. priori autem modo esse falsum. quæ doctrina vera

& certa est; vt in fru. lib. de iustificat. ostendemus, hic autem sensus nihil ad presentem causam refert, quia non de habituali gratia, sed de actuali auxilio tractamus: est autem aduertendum D. Tho. in illis locis ita principium illud exposuisse, quia de gratia habituali tractabat, & de illa obiectum fuerat: non tamen alios sensus excludit, nec illos ibi attingit, quia necessarij non erant.

Secundo modo intelligi potest in illa propositione nomine gratia auxilium gratia cooperans, & alio cum libero arbitrio; quæ sensus indicatur Alensis 3. q. 61. membr. 5. art. 3. ad 5. & respectu talis gratia facere quod in se est, non oportet preparari ad talem gratiam, neque aliud præsumendum aliquid facere, quod potius talis gratia conseratur, quia nihil præsumendum est ut gratia cooperans atri nobis infundatur, seu in nobis operetur, quia præter omnem antecedentem dispositionem requirit simultaneam cooperationem nostram, ut ex dictis in lib. præcedentem constat. Debet ergo intelligi de conatu, seu cooperatione simultanea ex parte hominis, ita ut sensus sit, si per hominem non stererit, & quantum in se est conari voluerit, non deerit illi gratia cooperans, ut sicut oportet operetur. Ethic sensus non potest etiam esse venientia faciente quod in se est, per vires sois liberae arbitrij, tum quia non potest illo modo constare opus gratiae cooperantis, qui non fuerit excusat per gratiam præsumendum, sive excitantem, tum etiam, quia ille metus conatus non potest esse naturalis, sed obedientialis, quia debet esse alibi a arbitrio eleuato per gratiam, & cum eius adiutorio: debet ergo intelligi de homine vocato futuenter, & sensus est, tali homini non defutetur gratiam auxilium cooperantis, si iste sicut conatus cooperari voluerit, & in hoc sensu axioma illum exponit Alensis citato loco, licet obscurè, etique verisimum, quia vt Augustinus dixit, Desupradictum item adiuuantem, & adiuuat preparantem, & quod est de se paratus, si per hominem non sit, id est, si cooperari voluerit, & hoc solum per illum axioma sic intellectum, significatur, etique verisimum, vt lib. præcedentium dictum est, & in septimo latius dicitur: non sicut ad eo in minister axioma illum in dicto sensu accipi, sed facere quod in se est, sumitur tamquam præsumendum quod ex parte hominis antecedens ad gratia receptionem, & homodo illud nunc accipimus. Vnde neque hic sensus seruit in instituto, quia non de cooperante auxilio, quod semper est efficax, sed de sufficiente, & præueniente, seu excitante tractamus.

Tertiò intelligitur illum principium de gratia excitante, quia vera gratia excitantes plures est. Tertius possunt inter se subordinari, quarum una sit prior, & alia posterior, seu subsequens. Driedo. Duobus item modis potest intelligi qualiter facere quod in se est, ut gratiam excitantem obtineat prius bene operando, per priorem excitacionem cum illa & per illam, ita faciendo quod in se est, ut vltiorem excitantem gratiam obtineat. & hinc sensum indicat Gerson. 4. p. Alphab. 24. ltr. M. & Driedo supra, & satis est communis. Secundo bene operando per vires liberi arbitrij ratione naturali excitatas, ita ut sensus sit facient quod in se est per vires natura excitantem gratiam recipere. In priori sensu admitti potest illum principium, quia hinc supponitur gratia, in qua potest fundari aliqua ratio proportionata ad obtinendum vltioris auxilium, quia semper initium boni operis, & totius meriti tribuitur gratia, & ratione illius etiam subsequens excitatio est gratia tamquam gratia pro gracia quod non repugnat: oportet autem in hoc sensu etiam aliquam limitationem adhibere, ut numerorum inter gratias proportionis debita serueret, ut in

fra in cap. 15. & 16. commodius declarabimus. Verumtamen ne hic sensus ad rem praesentem facit, quia praeципua difficultas est de infideli sondum excitato, nec vocato per gratiam, quia fidei auditum non habuit, & ita non potest per priorem supernaturalem gratiam, sed per naturales vires operari, ut primam excitationem gratiae supernaturalis obtineat.

Est ergo ultimus sensus, ut de prima excitatione gratiae sic sermo, ante quam non potest homo facere quicquam per vires gratiae, cum illas non habeat; intelligendum ergo erit axioma de faciente quod in se est per vires naturae, & in hoc sensu intelligunt Doctores citati illud axioma, cum quibus sentit Gerfon. 1. p. Alphab. 21. liter. D. dum ait illum facere quod in se est, quia via naturalis rationis facit, quod nouit. Fundamentum eorum fuisse videtur, quia hic etiam sensus est necessarius, ut verum in uniuersum sit Deum dare omnibus hominibus sufficiens supernaturale auxilium ad salutem, nam multi sunt homines qui tale auxilium auctu& in se non recipiunt, cum fidei prædicationem, aut reuelationem non habeant; ergo ut Deus aliquo modo det illis tale auxilium, necesse est ut illud offerat homini facienti quod in se est per eas vires quas habet, nimirum per rationem naturalem & libertatem, quia talis homo alias vires non habet, nec Deus contulit illas, nec aliam viam ad illas obtinendas illi præbuit. Confirmatur, ponamus illum hominem facere quod in se est per vires quas habet, hoc enim non repugnat, cum nihil includat superans potestatem talis hominis: tunc vel Deus dat gratiam tali homini, & habet intentum, vel non dat, & tunc non per hominem, sed per Deum stat quominus homo ille salueretur, quod dici non potest. Item homo ille non potest iustè damnari, quia iam fecit, quod potuit. Denique valde contentaneum est bonitati & prouidentiae Dei, ut bene venti viribus acceptis, maiores præbeat, ut progrederi posit: & ita hum uniuersalem sensum indicat Gerfon. 2. p. Alphab. 24. liter. M. dicens, nulli facienti quod in se est, bene venti dona Dei, iam habitis, deit Deus in necessariis ad salutem, siue illa credenda, siue operanda sunt. & consonat quod dixit Nazianz. orat. 2. in laudem Basilij. Deo gratum est quod pro viribus efficitur: ergo pulchram & sine inconveniente creditur in omni itatu hominis viatori facienti quod in se est per vires quas habet, Deum non denegare gratiam in eo statu necessitatem, quod inde non sequitur quod homo mereatur gratiam, sed quod Deus prouideat homini necessitatem patienti. Ethatenus de hac sententia: prius enim quam de illa iudicium proferamus, aliorum opiniones transendas sunt.

## CAPUT XIII.

Tractatur altera sententia precedenti contraria, negans datam esse à Deo legem dandi auxilium gratiae facienti quod in se est per vires naturae ad seruandam le- gem naturalem.

Quamvis opinio in priori capite tractata, noua non sit, nec singularis Molina, nec à doctrina D. Thomæ, & grauium Thomistarum aliena, ut ibidem satis ostensum est, nihilominus moderni aliqui Thomistæ eam ut Molinae singularem refuerunt, & in eam vehementer inueniuntur, affer-

entes contrariam doctrinam esse certissimam, omniumq; Thomistarum, & aliorum Doctorum, & de mente Augustini, & D. Thomæ, & præcipue negant esse aliquam promissionem à Deo factam, seu legem propter Christum statutam dandi primum gratiae supernaturalis auxilium homini facienti quod in se est absque auxilio.

Ad hoc autem probandum inducunt Aug. sacerdotis dicentes ex duobus hominibus quæcumque affectis, Deum unum illuminare, alium non illuminare, solum, quia ita sibi placet. quod maximè sollet exemplo parvularum confirmare, in quibus naturaliter, non potest assignari differentia vel ex parte ipsorum, quia capaces non sunt, nec ex parte parentum, quia conantibus & desiderantibus parentibus iustis & bonis, interdum non possunt baptizari infantes: & è conuerso licet parentes sint iniqui, & negligentes, Deus prouideat alium modum, quo infans baptizetur & salvi sit, & idem contingit in adultis, vocat enim Deus interdum iniquissimos transgressores legis naturalis & conuertit: & non vocat moderantes, & seruantes, ut possunt, legem naturalem. Hæc est doctrina & ponderatio tria apud Aug. in libris quos sacerdotem ciuitatibus. b. ad Simplic. q. 2. præsertim circa finem epist. 107. & optimè i. de peccat. mer. & remiss. cap. 22. & sacerdotem aliis. Ergo Deus in danda vocatione, vel auxilio excitate non seruat illam legem de faciente quod in se est, ante auxilium gratiae, nam si eam seruaret, semper vocaret potius obseruatorum legis naturæ, quam transgressores, & si nullum inueniret seruandem illam, vocaret potius minus malum, quam nequorem, quia est eadem proportio, & ratio, ergo signum est, nullam esse talam legem, nam si esset, Deus seruare illam, quia non potest negare se ipsum, tum quia respectu Christi ex iustitia obligatur.

Secundum: doctrina Augustini est, & certa, nullum bonum, quod sit initium salutis, posse à nobis fieri per facultatem liberi arbitrij: si autem est fieri ex Deo posita, ut facienti quod in se est per librum arbitrium, daretur auxilium sufficiens, eo ipso bonum aliquid factum ex natura esset initium salutis: ergo secundum Augustinum nulla est talis lex à Deo data. Maior traditur ab Augustino lib. de prædest. sanct. per torum, & lib. i. contra duas epist. Pelag. cap. 8. & quæst. 2. ad Simplic. & alius in numeris sacerdotem citatis, & quod caput est etiam in Conciliis Araus. & Trident. definitur. Minor per se nota videtur, quia posita illa lege necessaria est, ut bene venti libero arbitrio naturali, ratione illius boni visus detur auxilium gratiae. Dices non esse rationem, sed conditionem sine qua non. Sed contraria quia in hac materia hæc duo non separantur, quia conditio sine qua non, licet physicè non sit causa per se, sed per accidens, nec sit propria ratio effectus, tamen moraliter est ratio & causa, præsertim supposita lege, & quasi pacto sub tali conditione, utique dandi auxilium, si feceris quod in te est. Ut ideo sicut respectu totius prædestinationis non potest dari ratio ex parte nostra, ita nec conditio sine qua non. Idem autem est de primo gratiae auxilio quod de tota prædestinatione. Item aliis posset dari ratio ex parte nostra, cur Deus hunc vocet, & non illum, quia ad hoc satis est ratione reddere conditionem necessariam: ut v. g. quia hic fecit quod in se est, & non ille: consequens autem est contra Augustinum d. q. 2. ad Simplic. & dicta q. 6. & 8. ex octuaginta tribus, & lib. de spiritu & lit. cap. 34. & sapientissime. Vnde Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 25. aliis cap. 9. in fine. Profundius (inquit) illius questionis, quam secundum ad Prosper. mirationem Apostoli impenetrabilem confitetur, per liberi

liberi arbitrij velle, & nolle non solvitur; quia licet nisi homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum velle.

2. Tercium argumentum sumunt ex sententia Semi-pelagianorum, quia illi nihil amplius dicebant, nisi armans vi quod Deus cum in homine aliquid bonum voluntatis inspexerit, illuminat, & confortat illum, &c. ut lib. 1. ex Cassiano & aliis vsum est, & impugnatur a Prospero contra Collector. cap. 4. & sequentibus. Quid est autem aliud, Deum dare gratiam facienti quod in se est, nisi cum viderit in illo aliquem bonum vsum liberi arbitrij, auxilium gratiae adiungere? ergo sicut reprobata est ab Augustino, Prospero, Concil. Araucano, & Tridentino illa sententia Pelagianorum, ita non est admittenda illa lex, ex qua eadem doctrina sequitur. Nec enim locum habet responsio quod Semipelagiani ponebant meritum gratiae de condigno, vel de congruo, nam hoc potius negabant, ut supra vsum est, sed quia affirmabant ex parte nostra aliquid posse praecedere, quod intuens Deus dat gratiam, hoc satis vsum est ad eorum sententiam reprobandam. Imo non constat eos assertuisse hoc fieri a Deo ex certa legi statuta, & quocunque modo id assertuerint, reprobatur: ergo multo magis ponendo legem & promissionem sub conditione, nam talis conditio inducit debitum legale, quod ad iustitiam aliquo modo pertinet, secundum D. Thomam. 2. 2. quæstio. 80. art. 1. nimis, quia includit pactum & conuencionem, in qua necesse est aliquam rationem iustitiae, saltem imperfectæ, fundari; ergo si illa admittatur, ratio gratiae destrueretur, quod est potissimum argumentum Augustini contra Semipelagianos, quia vera gratia debet esse sine omni merito, ut idem Augustinus in tota epist. 105. & 106. prosequitur, & lib. 4. contra Iulian. cap. 3. lib. de patient. c. 20. & alias se p: maxime vero toto lib. de prædest. Sanct. a cap. 2. & 3. & ex illo Prosper ad excerpta Genuer. cap. 3. & 4. ponderans cum Augustino illud Psalm. 53. Prohibito saluos facies illos, quia non dixit pro exiguo, sed pro nihil. Idem contra Collector. cap. 6. & lib. 1. de vocat. gent. cap. 18. Fulgentius de incarnatione & grat. cap. 16. & P. Diacon. cap. 8. Denique ad id confirmandum sunt optimam verba Ambrosii lib. 2. in Luciferi §. penult. vbi adducens illud Psalm. 126. nisi Dominus custodierit iustitiam, &c. cum dixisset non posse homines sine Deo adificare, nec custodire se ipsos, adiungit: Audeo tamen etiam ego dicere quod homo non posset viam adoriri, nisi Dominum habeat prauitatem.

3. Vnde est quartum argumentum, non potuisse hanc legem statui propter merita Christi, nec Christum illam mereri potuisse, nam per talam legem destrueretur ratio gratiae; sed Christus non meruit ut gratia eo modo dareetur hominibus, ut iam non esset gratia; ergo nec talam legem meruit. Maior probata est, quia licet facere illam legem respectu nostri fuerit gratia, posita vero lege, illam implere & dare auxilium facienti quod in se est per naturam, iam non esset gratia, sed debitum ex vi promissionis sub tali conditione operum, & sic dareetur ex operibus, & consequenter non esset gratia, ut argumentatur Paulus Ro. 11. Ergo per talem legem destrueretur ratio gratiae. Minor autem, scilicet hoc Christum non meruisse, hec potuisse talem conuencionem cum Patre suo facere, probatur ex infinitis Scripturæ locis, in quibus dicitur salus datur nobis per Christum ex pura misericordia, & gratia respectu nostri, Rom. 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum, ad Tit. 3. Non ex operibus iustitia, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

4. Quinto, quia alias adiutorium gratia subiung-

retur obedientia humana, estetque gratia nondum dator, sed pedissequa liberi arbitrij: consequens est erroneous; ergo illa sententia admittit non potest, quia patet, quia si Deus dat gratiam facienti quod in se est, iam præcedit bonus vsum liberi arbitrij primam gratiam, & est ratio eius: ergo gratia subiungitur obedientia humana, nihil enim aliud est subiungi illi, & esse pedissequam, nisi sequitur ex illa obedientiam humanam, id est, humanis virtibus præsticam præcedere, & gratiam subsequi. Secundum, quia Augustinus se p: spissime contrarium tanquam certissimum docet, præteritum epist. 107. ad Vitalem, vbi ad hoc latè expendit verba Psalm. 26. a Domino gressus hominis dirigitur, & viam iuvat. ponderans non dixisse, quia voluit, sed & voleret, quia voluntas sequitur ductum gratiae, non est conuerso. Tertio propositionem illam in Celsianum prehendit Prosper contra Collector. capite quarto & sequentibus: vnde capite trigesimo non definit. 6. inquit, sicut Pelagiani putabant liberum arbitrium tolli, si à gratia præuenitur. Denique Fulgent. lib. de Incarnat. & grat. cap. 19. & 20. at. Sicut in generatione carnali præcedit Dei operatio omnem hominis geniti voluntatem, vel affectum, & sicut in conceptione Christi, Spiritus sancti operatio Virginis operationem antecessit, ita in spirituali hominis generatione, non præcedere voluntatem hominis sed subsequi Spiritus sancti operationem. Ratione item ostenditur, quia si illud consequens admittatur, deseretur, & è medio tollitur gratia præueniens, quia ipsa præueniretur a libero arbitrio facienti quod in se est. Consequens autem est contra doctrinam certissimam, quam infra tradidimus; ergo.

Sexto, quia alias Deus expectaret hominis voluntatem antequam spiritum gratiae infundere, seu primam gratiam inspirare. Consequens est falsum; ergo. Sequela patet, quia si Deus dat gratiam suam homini facienti quod in se est per voluntatem suam, necesse est ut expectet, quid homo faciat; priusquam gratia sua illum præueniat; quando enim ut promissio sub conditione, expectatur euenter conditionis, priusquam effectus promissionis conferatur. Falsitas autem consequens patet, quia repugnat direcè definitioni Concilij Araucani cap. 4. Nec satis facit, quid dixerit, licet Deus per primum auxilium gratia facienti quod in se est, non tamen expectare ut id faciat, nam sive vocat hominem non facientem bonum quod in se est, imo facientem omne malum, iuxta illud Isa. 10. Inueni sum a non querentibus me. Hoc (inquit) non satis facit, quia definitio Concilij vniuersalis est, quod Deus neminem expectat, & gratia in nullo est pedissequa, nam ratio gratiae in nullo destruitur. Vnde etiam Semipelagianus non semper Deum expectare liberum arbitrium, sive, imo & regulariter præuenire voluntates etiam prauas: & nihilominus, quia in aliquibus contrarium ordinem nonnunquam admittunt, damnati fuerunt. Ergo multo magis reuelanda est haec sententia quæ est contraria docet Deum regulariter vocare eum, qui facit quod in se est, licet aliquando id non expectet.

His argumentis putantur auctores satis exclusi, & improbari legem illam & promissionem; seu quasi pactum inter Deum & Christum danci primam gratiam supernaturalis auxilio proxime sufficientis, omni homini facienti quod in se est, & consequenter reprobant promissionem illam intellectam de homine operante sine tali auxilio, & solum in eo sensu credunt posse sustineri, quod de homine faciente quod in se est, per primum auxilium supernaturale explicatur. Verum tamen quantum vim habeant obiectiones factæ & contra catholicam

licam sententiam probè intellectam, postea videbimus: nunc solum addimus hos impugnatores non respondere ad difficultatem propositam de generali lege dandi auxilium sufficiens omnibus adultis: nam si illam omnino de medio tollunt, evenerunt axioma certissimum, per Deum non stare quomodo omnes homines saluentur, & omnibus adultis datur auxilium sufficiens, quantum in se est, quod a deo videtur fundatum in Scriptura, Patribus, Redemptione Christi, & misericordia Dei, ut negari non posse videatur, vel si illam legem non omnino negant, oportet ut nobis declarant, an illa lex fuerit cum promissione omnino absoluta, & nullam conditionem includens, vel cum aliqua limitatione, & conditione fuerit.

Nam si primum dicant, coguntur etiam dicere talem legem & promissionem habere effectum in omnibus, quod incredibile est, & ipsi in suis argumentis concursum supponunt, nimurum Deum sua voluntate multis non dare talia auxilia, etiam si in omnibus naturalibus conditionibus sive naturalibus, sive liberis aequales, & hanc dicunt esse admirationem Augustini, qua secundum Prospere ex usu liberis arbitrii solui non potest, & exemplo parvorum id confirmant, putantque; eandem est rationem de adultis, qua omnia sunt contraria illi legi pro adultis late cum absoluta promissione. Si vero lex illa conditionem includit, cur legi ipsam absurda & sine via distinctione impugnant? Cur item conditionem illam nobis non declarant? vel si declarare eam possunt, cur non in eodem sensu Catholicos Doctores interpretantur? Denique admissa illa legi sub aliqua conditione, necessarium est ut talis conditio a libero arbitrio naturali pendeat, quia nec potest esse necessaria, vel impossibilis, alias esset impertinens, nec potest gratiam supponere, cum ad primam gratiam dampnum requiratur, quod si hoc modo conditionem ponant, omnia eorum argumenta corruunt, ut facile consideranti patet & in discursu sequentium capitum nos explicabimus.

## C A P V T XIV.

Tractatur tertia opinio, qua partim a precedentiis recedit, partim cum viraque conuenit.

1. Nter duas precedentes opiniones tertia veluti media hoc tempore introduci cepit, qua affirmat cum prima, seruanti legem naturalem infallibiliter dari a Deo auxilium supernaturale sufficiens ad fidem & iustitiam supernaturalem & ad initium fieri ex aliquo merito boni usus libertatis in observatione legum naturalium fieri sine aliqua gratia ordinis naturalis, quam in vocatione congrua naturali constituant, eamque putant sufficere, ut gratia fidei, sive auxilium supernaturale ad fidem si vera gratia, quia licet propter aliquid meritum detur, hoc procedit ab aliqua gratia priori, propter Christum data, & ita est gratia pro gratia. Et propter hoc putat hæc opinio satis dispare a sententia Semipelagianorum, & soluere argumenta precedentiis opinionis in capite superiori posita.

1. Fundamentum huius sententia est potest, quia necessarium est fateri, Deum dare omnibus hominibus adultis sufficiens auxilium ad salutem, cum fine hæc nemo saluari possit. At vero hoc auxilium supernaturale ad credendum in re ipsa & Fr. Suarez de Gratia Pars II.

actu, (vel si dicam) non omnibus datur, non enim ad omnes peruenit fidei prædictio, vel vocatio, ut supponitur tamquam manifestum: ergo necesse est, ut detur, saltem in præparatione voluntatis Dei, seu quantum est ex parte ipsius: ergo ex parte eorum, quibus non datur in re ipsa aliquid desideratur, propter cuius defectum non datur: ergo illud nihil esse potest, nisi obseruatio legis naturalis, seu bonum aliquod morale naturale, quid enim aliud ante gratiam fidei in homine dari, vel cogitari potest, quod vel per se conferre, vel cuius defectus obstante possit vocationi fidei? Quidquid enim aliud cogitetur sive bonum ingenium, sive bona indoles, sive humana potentia, vel nobilitas, aut aliiquid huiusmodi ad vocationem fidei, quæ animi probitatem & sanitatem respicit, imperit in sensu, ut opere discurrat Augustinus dicta q. 2. ad Simplicianum circa finem. Sola ergo obseruatio legis naturalis desiderari potest in homine non dum vocaro, ut vocetur ad fidem. Ergo simpliciter verum est seruanti legem naturalem Deum non denegare superius auxilium ad supernaturalem seruandum, quæ inchoari debet per vocationem ad fidem.

At vero naturalis lex seruari non potest per vivi res haberi arbitrij: ergo ut illa conditio impleatur, Lex naturalis & necessarium est, ut aliqua gratia præcedat qua iuris & uer ad seruandam legem naturalem: ergo optimè quoniammodo potest talis obseruationem tamquam propter aliquale meritum dari vocatio ad fidem sine iniuria queat, gratia, quia iam gratia præcedit, & ratione prioris feminis diuini totum referunt in authorem prioris gratia, & sic receditur a reliquis Pelagij, & omnia recte conciliantur. Prima propositio subsumpta probatur ab aucthoribus huius opinionis ex illo principio, quod nullum opus bonum morale potest fieri sine gratia saltem congrua cogitationis, de quo in lib. 2. copiosè diximus. Simpliciter vero probari potest, quia saltem ad seruandam totam legem naturalem non sufficiunt vires liberi arbitrij, sed necessaria est gratia Dei, ut ibidem ostendemus: ut autem homo seruet legem naturæ sicut oportet, ad obtinendam vocationem ad fidem, non satis est unum, vel aliud bonum opus legis naturalis facere, sed necesse est totam legem seruare, nam qui in uno offendit, est omnium rebus, & unum peccatum mortale sufficit ad obstruendum ostium supernaturalem gratia Dei: ergo necesse est ut ante vocationem ad fidem supponatur alia gratia, quia licet sit inferioris ordinis, det sufficiemtiam & potestatem ad seruandam totam legem naturalem, alias conditio impossibilis postularetur ab homine ad recipiendum auxilium proxime sufficiens ad fidem, sic enim lex & conditio esset inutilis. Et ita probata est prima consequentia. Secunda vero inde faciliter patet, quia opus factum ex gratia est aliquo modo meritorum subsequens. Altera consequentia prima. gratia. Potest ergo vocatio ad fidem cedere sub sequentia. tale meritum, sine iniuria gratia, & sine cogitatione Semipelagiani erroris, qui fidei initium solum liber arbitrio, sine via gratia tribuebat.

Hæc sententia quatenus sit, seruanti legem naturalem dari vocationem supernaturalem ad fidem, cum prima coincidit, & de illis iudicium remis in cap. sequenti; quatenus vero difficultati respondet ex sola gratia præueniente cogitationis congrua naturalis, & solum propter illum modum loquendi a Semipelagianis se satis dispare. Cogitatio putat, nobis difficillima visa est semper, ut lib. 2. congrua dixi, nec nunc aliter de illa sentire possumus. Præcedens vero, quia cogitatio congrua antecedens vocationem ad fidem non habet rationem gratia, nisi ratione congruitatis, quia in reliquis naturalis est, non habet rationem gratia, etiam iuxta illam sententiam, neque enim in illo genere.

genera est auxilium sufficiente, sed efficax, non enim dicitur congrua, nisi quando effectum consequitur: ergo qui cogitationem illam congruam non recipiunt, non habent villam gratiam præuiam, nec auxilium sufficiente, quo possint legem naturalem seruare, & se disponere ut vocationem ad fidem recipient. Ergo illis simpliciter non datur nec offertur auxilium sufficiente ad salutem. Responderi potest, etiam cogitationem honestam naturalem, qua futura non est congrua, esse gratiam & auxilium sufficiente ad legem naturam seruandam; sed contra, quia talis cogitatio est debita non solum speciei, sed etiam euicunque individuo: immo & necessaria, ut proxima libertas bene, vel male operandi compleatur; ergo non est auxilium gratia, sed ipsius naturæ.

Dicunt hoc esse verum de minima cogitatione sufficienti, non verò de quacumque maiori minima, nam illa non est debita & consequenter est gratia: sed hoc etiam gratis excogitatum est, nam quod sit intensior, vel nimis intensa cogitatio, non prouenit ex prouidentia extra ordinaria, regulariter loquendo, sed ex communis cursu & actione causarum occurrentium, & interdum ex libera appetitione voluntatis, supposita prima excitatione qualicumque ab externo obiecto. Sed quidquid in hoc sit, aut eveniat, sumamus hominem, qui solum habuit minimam cogitationem honestam sufficientem, si enim est possibilis casus, non est cur in tanta hominum, & occasionum varietate negetur. Nec video unde probari posset, ita dispositus Deum res omnes & causas vniuersi, ut ab eis omnes homines adulti intensius, velefficacius ad cogitationes honestas monerentur, quam simpliciter necessarium sit, & sufficiente ad bonum opus morale. Post ergo casu, quod aliquis homo tantum excitatur minima cogitatione ad fernandam legem naturalem, iam ille homo nullam habet gratiam præuenientem, seu excitantem ordinis naturalis, & consequenter nec supernaturalis: interrogo ergo de illo, an possit facere, quod in se est, ut vocetur ad fidem, vel non possit? Si non potest, ergo nullo modo habet auxilium sufficiente ad salutem: si autem potest, ergo sine præuiam gratia potest se præparare ad vocationem, seu inspirationem fidei, & illam mereri, quod concedi non potest; etiam si dicatur nunquam esse talis hominem visum tali potestate, hoc enim est per accidens, non ex defectu virium, sed quia ita supponitur à Deo præscitum in tali homine, quod accidentarium est, & posset oppositum contingere; ut statim dicam.

Secunda ratio principalis contra illam sententiam est, quia, ut dixi, cogitatio congrua non censetur habere rationem gratia propter vires, quas ad operandum præbet, sed propter solam congruitatem, nam alioqui merè naturalis est, & per ordinarias causas naturales prouenit: congruitas autem non consistit in virtute agendi, sed solum in hoc quod secundum Dei præscentiam effectus infallibiliter futurus sit ex tali cogitatione: unde autores eiusdem sententia fatentur congruitatem inducere operationis necessitatem consequentem, non antecedentem; ergo cogitatio congrua non est gratia, quia det proprium auxilium & vires operandi, licet sit quoddam beneficium gratuitum, quod congruitatem: ergo, in rigore loquendo homo meretur primam supernaturalem gratiam, seu vocationem ad fidem, per vires naturales, non per vires gratia. Consequens autem non videtur villo modo concedendum, quia tunc re vera talis vocatione ad fidem est ex operibus, & consequenter non est gratia, iuxta Paulum Rom. ii. Prior sequela patet, quia illud meritum procedit ex cogitatio-

ne congrua, sed cogitatio congrua, ut est gratia non dat vires operandi: ergo illud meritum non procedit ex viribus gratia, ergo procedit ex viribus naturæ, & in illis fundatur. Posterior illatio probatur, quia illa dicuntur propriæ opera iuxta mentem Pauli, quæ sunt ex viribus naturæ, & non ex viribus gratia: sed tale est illud meritum; ergo gratia quæ datur ex talis merito, est ex operibus, & consequenter non est gratia. Nec satis esse potest quod ibi præcedat beneficium quod extrinsecum Dei præparandi illas naturales vires, seu illam cogitationem tempore congrua, quia hoc non tollit, quin in re ipsa opus fiat proprius naturæ viribus, & ut tale est fundatum, quia meritum non fundatur per se, & substantialiter, ut sic dicam, in beneficio extrinsecus Dei præparantis occasionem opportunam operandi, sed in bonitate operis proportionata viribus, quibus efficitur.

Dicetur fortasse cogitationem congruam tamē si naturalem, etiam dare vires operandi gratias, seu, ut est gratia, sed etiam, quia datur maior, intensior, & in se aptior ad mouendam voluntatem, quam est necessaria, iuxta illam doctrinam relatam in præcedenti ratione, quod omnis cogitatio maior minima sufficiente est gratia. Sed huc euasiōne duo maximē obstant, vnum est, quia inde obstat sequitur illam gratiam prout das vires operandi, non esse necessariam ad p. se, sed ad facultus posse mereri gratiam apud Deum, quod etiam non concedetur, quia non minus sapit Pelagianum errorē. Sequela probatur, quia illa cogitatio dicitur esse gratia dans vires operandi, quia est maior, quam est necessaria: ergo minor est sufficiente; ergo minor dat posse; ergo altera maior non dat posse; sed tantum facultus posse ratione illius excessus. Item eo ipso, quod talis excessus, seu talis intentio maior dicitur esse non necessaria, aperte concludit solum esse utile, ac subinde non dare posse, sed facultus posse. Aliud est, quia voluntarii supponunt cogitatio item congrua semper esse maiorem, vel meliorem, quam necessaria sit; nam si minor est sufficiente, contingere etiam potest ut incongrua, nam excipiatur sufficiente das simpliciter posse: qui autem verè & simpliciter potest, contingens est, ut interdum operetur; cur ergo non potest præuideri Deus aliquem consensum fusile cum minori, vel minima cogitatione sufficiente: ergo hoc posito, quod proculdubio est contingens, minor cogitatio erit congrua; ergo non est ratione cogitationis congrua, ut sit maior, quam necessaria sit, vel sufficiente ad contentum: gratis ergo supponitur quod semper sit maior.

Vnde oritur ratio alia meo iudicio efficax ad hominem; nam iuxta discursum factum, aperte sequitur, cogitationem minimam sufficientem ad honestum consensum posse etiam esse congrua, & id esse merè contingens. Postamus ergo aliquando id esse futurum, & esse præsumum à Deo. Tunc ergo facienti quod in se est, per talen cogitationem naturalem Deus dabit vocationem fidei ex merito talis actionis: ergo ex operibus, & nullo modo ex gratia. Probatur haec ultima consequentia, quia illa cogitatio ut honesta, nec ut talis, vel tantum est gratia ut idem author concedit, quia est debita natura libera, nec etiam ut congrua, quia illa congruitas est consequens ex futura cooperacione liberi arbitrij, & Deus non poterat impedi re illam secundum bonitatem suam; nec etiam poterat cogitationem illam negare secundum suam naturalem iustitiam, quia est debita tali natura. Ergo nulla ratio gratia ibi intercedit; ergo tale meritum esse potest, & in eo casu est ex pura natura.

Credere  
ora Aug.  
quid

Tertia principialis ratio contra illam sententiam est, quia admittit meritum initij fidei in nobis, quod nullo modo admittendum videtur, siue dicatur fundatum in natura, siue in gratia quadam ordinis naturalis; siue dicatur esse meritum de condigno, siue de congruo, siue perfectum, siue imperfectum; ergo. Maior videtur plane concedi, vel supponi in illa sententia, dicit enim eum, qui proximè non est vocatus ad fidem, vocari vel interius, vel etiam exterius ex merito obseruandi legem naturalem cum sola congrua cogitatione. Vocatio autem proxima ad fidem est initium fidei, ut ex Concil. Trident. & Arianiscono in lib. 2. latè probauit. Nec dici potest quod cogitatio congrua naturalis ed faciendam elemosynam, vel ad aliquo modo naturali verum Deum viuacorem natura colendum, sit vocatio ad fidem, vel initium fidei, quia initium fidei est aliquid per se pertinens ac necessarium ad ipsam fidem; quælibet autem alia cogitatio alterius moralis obiecti, seu operationis eit valde extrinseca, & per accidens ad fidem. Vnde Augustinus lib. de prædict. Sanct. cap. 2. ad summum reducit initium fidei ad cogitationem credendorum, nam credere (inquit) est cum affectione cogitare, quia nullus aut credere, aut velle credere potest, nisi prius cogitare esse credendum: potest autem cogitare de credendo, & non credere. Ante illam autem cogitationem al. ad initium fidei non posse cedere sub merito, quia illa cogitatio non potest sub merito cedere. Vnde etiam facile probatur altera propositio in argumento subiuncto, tale felicitat meritum non esse admittendum, quia planè repugnat Augustino, & non consonat Concilio Tridentino cap. 5. sicc. 6. decant, exordium salutis sumi a vocatione, quia nullus praestans merita excitamus, &c. de qua gratia subdit cap. 7. fidem ex auditu concipientes, &c. & hoc ipsum multi testimoniis & rationibus in lib. 2. probavimus, & aliquis in sequenti capite addemus. Pròpter hanc ergo non videtur per illum dicendi modum conuenienter fieri satis difficultati propositi; nec sufficienter vitari. Semipelagianorum doctrina, præterim cum illi non negarent cogitationem honestam naturalem, nec congruitatem eius, & cum illa non transcendat rationem naturæ doctrinæ, magisque dici possit doctrina opportuna, quam gratia congrua; quia omnia in lib. 2. latius prosequitur sum. Et inde de hac sententia in præsenti hæc sufficiunt: quæ ad perfectam excommunicationem illius axiomatici, facientes quid m' est, necessaria visa fuerunt.

## C A P V T X V.

*Propositum difficultati satisfit, & Axioma propositum in vero, & catholicis sensu explicatur.*

It. *V*is aliorum opinionibus, superest ut nonnulli Deceantur. *L*is assertio nosteram declaremus, & iuxta illam difficultati proposita satisfaciamus. Primo Deus certa legi date ergo dicimus negari non posse, quia Deus certa legi ac voluntate decreuerit dare omnibus homini bus lapidis propter Christum sufficiens auxilium, quo possum credere & filii Dei fieri, & non peccare, sed legem diuinam seruare. Hæc assertio factus probatur ex dictis cap. 15. vbi ostendimus ita fieri, & hoc certum, & in fallibile sine personarum distinctione, ergo fundatur in lege Dei, vel firma Fr. Suarez de Gratiæ Pars II.

voluntate, quantum est ex parte eius, quia non potest aliud habere certitudinem, & infallibilitatem. Quod autem hæc lex propter merita Christi statuta sit, manifestum est, quia totum hoc gratia auxilium sufficiens pertinet ad gratiam redemptio nis; ergo propter Christum datur, & ideo pactu quod gratia Dei gratia Christi in Scriptura & Concilii dam inter appellatur: ex quibus hæc assertio & lex non ob Deum hoc scurè colligitur. Hinc ergo rectè dicitur, legem minem & hanc fuisse quasi pactum quoddam inter Christum Patrem & Deum hominem & aeternum Patrem.

Lex quasi  
pactu quod  
gratia Dei gratia Christi in Scriptura & Concilii  
dam inter  
appellatur: ex quibus hæc assertio & lex non ob Deum  
hoc  
scurè colligitur. Hinc ergo rectè dicitur, legem  
minem &  
hanc fuisse quasi pactum quoddam inter Christum  
Patrem &  
Deum hominem & aeternum Patrem.

Nam Christus ex prescripto eiusdem Patris omnia sua merita obtulit ab initio incarnationis sui, profalute omnium hominum, ergo ut omnibus datur auxilia sufficiencia ad illam consequendam, ideo enim est uniuersalis Redemptor omnium, quoad sufficiam: ergo Pater acceptando meritum, promisit Christo dare hominibus tale auxilium. Quod etiam potest antecedenter explicari: nem Deus Pater Christo promisit dare omnibus hominibus remissionem peccatorum, & veram iustitiam, quantum in se erat, si ipse pro eis satisfaceret, & iustitiam mereretur. At Christus & acceptauit constitutionem, & impleuit, & inde firmata est lex dandi omnibus hominibus auxilia sufficiencia ad salutem, quæ in adulis debent esse auxilia actualia, & in ipsis recepta, vel in eorum manu, & potestate aliquo modo posita, vel supra probatum est, & ideo ibidem diximus, quod licet considerato humana natura lapsi ante hoc pactum cum Christo, & sine illo potuisse Deus sine villa infidelitate & iniustitia, non dare, nec offerre hominibus auxilium sufficiens ad salutem, quia peccatum natura erat tota illa pœna dignum, & ante præordinata & præuisa merita Christi, Deus nul tale auxilium debebat, aut promiserat; nihilominus istante merito Christi, & generali lege cum illo stabilita, non potest Deus ex se negare alii adulto tale auxilium aliquo modo sufficiens, alias & esset infidelis in suis promissis, & iniustus, non quidem respectu peccatoris, qui dum talis est, nullum habet ius in se acquitum, (vt si dicam,) sed respectu Christi, cuius est proprium tale ius, propter quod semper tale auxilium in principio est merè gratuitum respectu eius, cui datur, licet respectu Christi primum meritorum sit.

Dico secundo. Hæc lex dandi omnibus hominibus auxilia sufficiencia ad salutem, quo ad auxilia supernaturalia, seu proximam vocationem ad fidem per sufficiemtiam eius propositionem exter- nam, vel internam actu dandam omnibus & fin- gulis viatoribus adulis, non fuit absoluta, inclita- <sup>3</sup> Lex dandi  
omibus  
hominibus  
auxilia suffi-  
cientia ad  
salutem.  
debet scilicet absolutam promissionem, sed sub ali- haud estab-  
qua conditione. Hæc assertio communiter recepta est, præsum ab auctioribus prime & tertia sen- tientia, & alios quos infra referam. Et per experi- <sup>3</sup> Deus non  
omnibus in  
fidelibus  
darin ef-  
fectu voca-  
tionem ad  
fidem.

entiam videtur euident, quia quod Deus non omnibus consert, certè non omnibus absoluè promisit, est enim fidelis & verax, & se ipsum negare non potest: at verò experimento constat Deus non omnibus infidelibus dare in effectu proximè vocationem ad fidem, quia ad multos externa prædicatio non peruenit, & interna reuelationis nullum est indicium, nec affirmari potest sine fundamento, quia teste Paulo, ordinaria lex est, ut homines per extermam prædicacionem ad fidem vocentur: ideo enim interrogat ad Roman. 10. *Quomodo au- dient sine predicante, & Auctor. 14. & Roman. 1. Cū vult ostendere Deus non omnino deseruisse Gen- tiles, nec reliquæ sine aliquo auxilio non dicit interius se illi ruelasse, sed per visibilæ opera se illis manifestasse, & per generalia beneficia omnes ad se attraxisse, & eodem modo loquuntur Patres ita- tim referendi. Confirmatur, quia multi sunt infi- <sup>Rom. 10.</sup>  
<sup>A. 14.</sup>  
<sup>Rom. 1.</sup>  
deles,*

deles, quibus infidelitas ad culpam non imputatur, propter ignorantiam inuincibilem, ut est communis sententia Theologorum cum D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 1. ergo illi nec exterius, nec interius sunt vocati sufficienter ad fidem, quia si vocati essent, & non credidissent, iam eorum infidelitas esse culpabilis.

4. Tertiò dicendum est, hanc conditionem talem conditio esse, ut non sit effectus auxilij dandi ex vi promissionis, sed aliquid aliud, quod sine illo auxilio fieri posset, & nisi sit promissio, Deum non obligat. Hinc assertio nem satis declarant Doctores allegati in prima opinione, & inter eos apertissime D. Thomas locis ibi allegatis. Dicunt verò aliqui D. Thomas retractasse illam doctrinam 1. 2. quæst. 109. art. 7. ad 2. quæst. 102. art. 3. vbi axioma illud, facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam, exponit de faciente quod in se est per auxilium gratia, & est, Deus non per motionem diuinam. Sed in primis ibi D. Thomas denegat gratias formaliter non retractat priorem doctrinam, exposuit axioma illud applicatum ad gratiam habituam, de qua ibi tractat, dicit intelligendum esse de faciente quod in se est per auxilium gratia, quod est certissimum, quia ad gratiam habitualem nemo potest se preparare, nisi per auxilium gratia. Non docuit tamen ibi D. Thomas axioma illud intellectum de primo auxilio supernaturali gratia non posse habere verum sensum, nec etiam negavit conditio nem in eo postulatam esse tunc implendam ante illud primum auxilium: non enim potest per aliud supernaturale auxilium impleri, cum supponit illud esse primum, nec per illud ipsum impleri potest, cum debeat suu poni implera, vt illud deatur, sicut indicant ipsa verba facienti quod in se est. Imò etiam in alio sensu de gratia habituali, vera est hæc pars assertio nisum proportionis sua. Nam eo modo quo verum est facienti quod in se est, dari primam gratiam habitualē, illa conditio non impleretur per ipsam primam gratiam habitualem, sed per aliam primam gratiam auxiliantem, vt in eisdem locis D. Thomas indicat, & infra ostendetur.

5. Expenditur locus D. Tho. 1. 2. quæst. 89. art. 6. vbi de pueru proueniente ad vsum rationis sine auditu fidei; dicit, si se ipsum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Interrogatur, an loquatur de ordinatione in finem per conuerionem perfectam & supernaturalem voluntatis in Deum ut in ultimum finem, vel de conuerione aliqua honesta & naturali, sive in bonum rationis & honestum, vt Caietanus, Vict. Medina & alii expuerunt, sive in Deum explicitè & in particuli cognitum, vt Capreolus & alii interpretantur. Primum dici non potest, quia illa conuerio ad Deum supponit fidem, & in illo pueru nondum supponitur fides, nec vocatio ad fidem, cuius signum est, quia licet tunc non conuertatur in Deum, sive in eo peccet, sive non, manebit infidelis tantum negatiuè etiam ex eisdem D. Thomas sententia. Si autem secundum dicatur, interrogro rursus, an sensus sit ex vi illius ordinatio nis ad debitum finem statim & immediatè infundi gratiam habitualem, & remitti peccatum sine alia meliori dispositione, vel statim dari tali pueru auxilium supernaturale, & vocationem ad fidem, qua possit se sufficienter ad gratiam iustificantem præparare. Primum non potest attribui D. Thomas, contineat enim magnum errorem, quem ipse refutat in aliis locis allegatis eiusdem 1. 2. ergo oportet secundum amplecti: ergo ex sententia D. Thomas illi pueru facienti quod in se est ante vocationem ad fidem, datur auxilium supernaturale actualis gratia.

6. Quocirca in hoc loco explicando multum laborant Thomistæ: nam pro certo habent D. Tho-

mam loqui dealiqua conuerione homini ad ultimum finem, quæ antecedat vocationem internam ad fidem: estque euidens ex ipso discursu D. Thomas. Præmitit enim primum quod tunc, id est, in principio vñus rationis homini cogitandum occurrit esse de libertate, de seipso, vbi non de cogitatione fidei, sed de naturali loquitur, & Caietanus diligenter interpretatur, idque conatur ex ipsa natura inclinatione & propinquitate ad ipsam deducere. Nam si de cogitatione fidei D. Thomas loqueretur, & gratis ac sine vlo fundamento id supponeret, & contra hypothesim procederet: nam tractabit de pueru nec exterius, nec interius vocato ad fidem. Loquitur ergo de naturali cogitatione & consequente de ordinatione ad finem, per naturalem actum voluntatis: nam conuersio supernaturalis voluntatis supponit supernaturalem cogitationem in intellectu, vridicem D. Thomas de eadem re tractans docuit lib. 3. contra gent. cap. 145. ratio. 5. Hinc ergo difficultis valde redditur conditionalis propositio, quam statim Diuus Thomas subiungit, si se ipsum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati; qua difficultate presi Thomistæ fatentur, necessarium esse, ut inter illam debitam ordinationem ad finem, & infusionem gratia habituallis intercedat alia conuersio ex auxilio supernaturali gratia & fidei.

Quidam verò illorum dicunt, auxilium hosti per naturale ad hanc secundam conuersio nem non dari infallibiliter habent priorem bonam ordinatio nis, sed piè credi, frequenter ac seipso dari ex diuina liberalitate, & arbitrio. Iudicat Banne 2. 2. quæst. 20. art. 1. dub. 2. ad 4. Sed responso euacuè discursum D. Thomas, quasi pueru habebit primam bonam deliberationem naturalem, non semper & infallibiliter datur etiam vocatione ad finem, possunt multi habere illam primam deliberationem naturalem, & sic implere præceptum naturale conuertendis ad Deum, & manere in solo peccato originali, & postea peccare prius venialiter, quam mortaliter, contra id quod statim D. Thomas conabatur ostendere. Et præterea puer vel repugnat diuinæ prouisioni; quod mulier tunc negetur auxilium gratia, licet faciant quod in se est; vel gratis dicitar, quod mulier, & frequentius deatur; non enim satis est dicere, quod piè creditur, si absque fundamento creditur: ergo idem est de omnibus credendum. Et ita tandem fatetur Medina ibi; addit verò, quod non statim inspirabitur fides si facient quod in se est, sed post aliud tempus à Deo depositum. In quo etiam Deus non permette hominem illum prius peccare venialiter: quām mortaliter. Vrumque autem est voluntariè dicatum, & præter intentionem D. Thomas si enim tandem recurrendum esset ad illam prouidentiam Dei, superuacaneus fuisset labor reddendi rationem ex illo præcepto conuertendi se ad Deum ut homo peccet venialiter donec de ultimo fine aliquo modo delibetur.

Alij ergo tandem fatentur Deum infallibiliter inspirare idem illi pueru statim ac recte delibera Deum, ordinando in debitum finem naturalem: addunt verò illum non implere illam conditionem per vires naturæ: sed per auxilium supernaturale gratia. Dicunt enim puerum illum in eo momento morali quo pertinet ad vsum rationis simul, aut intra breuissimum spatium, duplum illustrati onem, & internam motionem supernaturalem à Deo recipere, vnam qua excitat mentem illum pueri ad cognoscendum Deum naturali cogni tione, & conuertendum se ad illum affectu naturali perfecto in suo genere quoad hoc, vt se & sua

& sua in illum finem referat. quod si huic motioni diuina puer consentiat, statim in eodem momento, & paulo post datur ei alia inspiratio supernaturalis, qua posuit credere in Deum actu supernaturali fidei infusa, & conuerti in ipsum verum actu charitatis, cui inspirationi si obediatur, statim iustificatur. Ratio prioris auxilij est, quia homo tenetur praecepto naturali conuenteret se in Deum & finem naturalem; ergo ad prouidentiam auxilium sufficiens ad implendum illud praeceptum, quia in statu naturae lapsus, non potest homo illud implore per facultatem naturae: & conuertendo se in Deum, & proponendo absolute placere illi in omnibus; ergo dat Deus tunc illud primum auxilium. Ratio autem alterius partis est, quia si homo cooperetur, ut debet, cum illo primo auxilio, iam facit quod in se est, non per solam facultatem naturae, sed per auxilium supernaturale, ergo Deus illi non denegat nouum auxilium, quo iustificari possit, si velit; cui sententia videtur fauere D. Thomas ad Romanos decima tertia, sectione decima, ubi ait eos qui non audiuerunt Euangelium, excusari posse a peccato infidelitatis per ignorantiam inuincibilis, iuxta verbum Christi Ioan. 17. Si non venissem, & loquatus sis fuissem, peccatum non haberent. & subiungit: Si qui tamen vobis fecissent quod in se est, Dominus ei secundum suam misericordiam prouidisset, mutendo eis Prædictores fidei sicut Petrum Cornelio, Act. 10. & Paulum Macedonum, Act. 16. & continuo addit; sed tamen hoc ipsum quod aliquis faciunt, quod in se est, conuertendo se, scilicet ad Deum, ex Deo est mouente corda ipsorum ad bonum, iuxta illud Threnor. 5. Conuerte nos Domine, & conuertemur.

ritum illius actus, vel ut sit dispositio, aut preparatio ad supernaturale auxilium fidei, quod optimè declaratur in puer peruenientem ad vsum rationis in natura integra, nam si fingamus permanisse homines in statu integræ naturæ, nascerentur infantes, sicut modò & paulatim crescent, & ad vsum rationis peruenirent. Ille ergo puer per vires naturales sine speciali auxilio posset in primo tempore vsum rationis conuertere se in Deum finem naturæ, & implere legem naturalem, tunc obligantem, ut supponitur; ergo illi sic facient quod in se est, inspiraretur fides; ergo in illo statu poterat homo mereri fidem, & ita nunc non esset gratuitum donum Dei. Probatur consequentia, quia tunc ille puer non minus bene operaretur per vires naturales, quam tunc dicatur operari per illud auxilium: ergo si iste meretur aliquo modo vocationem proximam ad fidem, etiam ille eandem suis viribus meretur, quia si actus non est melior, parum refert quod pertale auxilium vel sine illo fiat, vel è contrario si in natura integra non potest conceditale meritum per actum naturalem, & iam nunc non est admittendum ratione illius auxilij, quod proper vincenda tantum impenitenta datur: vel denique si in vtroque casu admittatur illa propositio, facient quod in se est, sine merito, vel propria dispositione ad fidem, enaquant omnes obiectiones cap. 13. proposita contra communem doctrinam.

Secundò obitio, quia si sine sufficiēte funda-  
mento afferitur, dari tale auxilium supernaturale  
ante inspirationem fidei, nam in primis, quod  
supponit de p̄cepto naturali dilectionis Dei Rerum  
super omnia obligante pro illo primo instanti tur-  
v̄srationis, non solum incertum est, sed etiam  
communiter non recipitur etiam ab ipsis Thomis-  
tis, quicquid admittant p̄ceptum, satis impleri  
dicunt deliberando de honesta vita, seu de loquen-  
do bono rationis, & proponendo secundum ratio-  
nem vivere, proposito elicito viribus naturae eo  
modo, quo potuerit fieri, siue absolutum sit, siue  
conditionatum, id est, quantum in se fuerit quod  
siue speciali auxilio gratiae fieri potest. Vnde D.  
Thomas in 1.2. in corpore art. 6. q̄st. 82. solum **D. Thom.**  
dixit obligare tunc naturale p̄ceptum ordinan-  
di seipsum ad debitum finem, quod Caietanus **Caietan.**  
exponit satis impleri collacando finem suum in beatitudine  
imperfecte & inchoatiè apprehendendo bonum  
confusè, pro ut eas illa confusa quia cogitatio  
qua nunc excurrit primò, non est de Deo, sed de-  
liberandi de seipso, vt D. Thomas volunt, que  
cogitatio naturalis est, & naturali modo occur-  
rit, vt Caietanus exposuit, & propositum vo-  
luntatis de illo obiecto confuso, & cum dicta  
limitatione haberi potest per naturales vires: ynde  
nullum fundamentum rehinetur ad ponen-  
dum tunc illud praeium auxilium supernaturale,  
& multo minus ad afferendum dari infallibiliter  
omnibus. Vbi est enim lex, vel promissio abso-  
luta talis auxilii, nam tine illo potest non peccari  
mortaliter in illo primo tempore v̄srationis, vt  
declaratum est, & hoc est satis ad prouidentiam  
Dei.

Viterius vero esto detur illud auxilium; interrogo quo sensu dicatur supernaturale: nam ex Auxiliis parte obiecti, quod tunc occurrit ad desiderandum de illo, non est supernaturale, ut supponatur, quia tale auxilium est ante revelationem fidei, & ideo cum tota illa cogitatione & omissione debita conversionis manet inidelitas negativa, ut auctores illius sententiae fatentur. Deinde non est auxilium illud supernaturale ex parte aetius, propter quem datur, quia ille etiam aetius naturalis est, & non indigerat a quo principio.

supernaturali: ergo solum potest supernaturale vocari, quia est gratuitum, & natura non debatum, in se tamen naturale quod est, solumque per maiorem excitationem intellectus, intra ordinem cognitionis naturalis, vel aliquem similem affectum dari potest, iuxta dicta lib. 1. cap. At vero hoc satis non est, vt tale auxilium sit principium meriti de congruo, aut dispositionis ad primam gratiam primi auxilij supernaturalis, vt prior discursus ostendit, quod dici non potest, vel latius latius dicam. Ergo ex eo quod tale auxilium praecedat ad faciendum quod in se est, non vitantur incommoda obiecta contra primam sententiam; vel si in illo casu sine illis incommodis & sine merito illo, vel propriis dispositione datur in se ratio fidei facienti quod in se est, seruando legem naturae eo modo, quo potuerit per vires rationis, cum communis Dei influentia sine illo fundamento meriti, vel dispositionis propriæ. Concludimus ergo conditionem inclusam in illa promissione facienti quod in se est, implemandam esse ab homine sine auxilio propriæ supernaturali in suo esse & ordine, quod tunc nobis satis est, sine iuvandis sit humo per auxilium ordinis naturalis, sine non, quod statim amplius expemus.

13. Quarad addo conditionis complementum non esse necessarium, vt Deus de homini primam auxilium gratiam supernaturalem. Probatur, quia Deus de homini pri- Deus interdum & sibi sibi dat illam transgre- entibus legem naturalem & magis peccatoribus: man auxi- ssiem, cuius vult, miseretur, & quem vult, induratur, liantem gra- Rom. 3. eodem modo dicit per Iosuam cap. 65. In- tiam super. Rom. 3. uentus sum a non querentibus me, &c. Et hac ratione illa conditio, facienti quod in se est, non solum non erit meritum, vel dispositio, vt statim dicam, sed nec dici poterit conditio necessaria ad obtainendam talem gratiam, seu conditio si- ne qua non obtinetur, quandoquidem sine illa multis & frequentissime datur, vt latè probat Augustinus lib. 1. contra duas epist. Pelagian. cap. 15. & lib. de gratia & lib. arbitri. cap. 6. expendens hanc Dei gratiam in vocatione Pauli, eamdemque in se ipso recognoscit lib. 4. & 5. & 7. Confession. per multa capita. Ratio vero est, tum quia hoc modis liberalitas diuina gratiae maximè ostenditur, quam suis operibus Deus manifestaret voluntate illud Rom. 9. vt ostenderet diuinas gloria sua in vasa misericordie, & illud ad Ephes. 1. in laudem gloriae gratiae sua, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Tum etiam, quia in hoc maximè omnipotentiam suam manifestat, quod voluntatem hominis quantumvis rebellem & auersam, quando voluerit, & ubi voluerit, potest ad se conuertere, vt Augustinus dixit in Enchiridio capite centesimo.

14. Ut ergo Deus gratia sua auxilium alicui conser- rat, non est necessaria conditio, vt homo ipse prius sua libertate bene utatur. Potuit tamen esse conditio illa necessaria, vt Deus teneatur talem homi prius gratiam dare ex vole, seu promissionem, & paci cum Christo transacti, quia non est factum, nisi sub tali conditione, vt ostensum est; ergo sicut illa non impleta non obligat, ita si impleatur, obligat, non homini facienti, quod in se est, sed Christo: & ideo fortasse non sine causa dictum non est in illo axiome facienti quod in se est, Deus dat gratiam, ne forte putaretur etiam posse conuertit dicendo, non facienti quod in se est, Deum non dare gratiam, quod omnino fallum est, sed tantum dictum est, Deum non denegare gratiam facienti quod in se est, quia iustitissime potest denegare illam non facienti quod debet, & sapientissime id facit, & è conuerso miseri-

corditer eam donat facienti quod in se est, & infalibiliter propter Christum, & respectu eius etiam iuste.

Quarò dicendum est, antefidem, etiam faciat homo, quod in se est, obseruando legem naturae, non inereri illo modo, vel de condigno, vel de congruo vocationem ad fidem, neque se inveniatur disponere posituè ad recipiendum primum supernaturale auxilium, seu vocationem ad fidem. Ut distinetè probetur assertio, aduertendum ante proximam vocationem ad fidem, posse hominem facere quod in se est, duobus modis, scilicet vel per solas vires liberi arbitrij, vel per aliquam præiuram gratiam ordinis naturalis: ideo ut vtroque modo sigillatum probanda est assertio. Et de primo quidem supponimus, cum dicatur homo facere quod in se est per solas vires liberi arbitrij, non excludi generali concursum, & prouidentiam Dei debitam causis secundis secundum communem cursum & legem naturae: sine hac enim nihil potest homo operari. Excluditur ergo omne speciale gratia auxilium sine naturali ordinis, sive supernaturale. In quo sensu facit probatur assertio argumentum factum in cap. 13. quia sententia Mafsilieni non alatratione reprobata est, nisi quia ex parte solius liberi arbitrij, ponebat aliquid meritum primæ gratia. Nec oportet distinguere de merito condigno, vel congrui, quia illi, vt vidimus lib. 1. de mento imperfectissimo loquebantur, & interducentiam nomen meriti non admittentebant, quia vero dicebant gratiam non liberalissimè dari, sed per modum retributionis, intuitu humani operis, etiam sententia reiecta est.

Et propterea non solum sub nomine meriti, sed etiam sub ratione propriæ & moralis dispositio- nis illa pars assertionis certissima est, cum quia via potest a ratione propriæ dispositiois aliqua ratio meriti separari, cum etiam, quia moralis dispositio est magna ratio inducendi formam ad quam est dispositio, & quandoq; rationem debiti secundum assert, atque ita gratia ratione diminuit, aut certè destruit: nam quod per proprias dispositiois obtinetur, per opus proprium comparatur. Vnde si opus ipsum non sit gratia, seu ex gratia, quod sic comparatur ab solle ex operibus, & sic tollit rationem gratiae. Nec enim iuvatur sententia semipelagiana, dicendo non omnibus dari gratiam propter similem dispositio- nem, quia nec ipsi Mafsilenses hoc dicebant, vt suprà etiam vidimus. Neque permittit, vt vel in vno tantum homine ratio gratiae detra- tur, vt destrueretur, dicendo aliquem saluari & non ex gratia, seu (quod idem est,) suis ope- ribus inchoando salutem suam, merendo, aut se disponendo suis viribus ad primam gratiam.

Potestque hæc pars confirmari ex illis fidei tur- principiis, Quid habes quod non acceperisti, 2. Corinth. 2. Cor. 4. Sine me nihil potest facere, Ioh. 18. Hæc enim & similia intelliguntur de operibus conferenti- bus ad eternam salutem: omne autem meritum & moralis dispositio ad gratiam multum ad salu- fine Christi gratia. Item ex illo ad Philipp. 1. qui capit in vobis opus bonum, ipsè perficiet. non ergo inci- pit homo suam salutem operari, sed Deus, de quo propterea etiam dicitur operari in nobis vel- le, & perficiere pro bona voluntate, ad Philipp. 2. & dare sufficientiam præcogitandi, 1. Corinth. 1. Philipp. 3. Si autem homo suis viribus aliquo modo me- reretur, vel se disponeret ad primum gratia su- pernaturalis auxilium, inchoaret suam salutem, sicut inchoat generationem ignis, qui primam dis- positio-

August.

Rom. 9.

positionem ad illam inducere incipit; ergo in negotio salutis & supernaturae iustitiae non potest tribui sibi libero arbitrio.

Ratio vero huius partis ab aliquibus redditur, quia homo nullum bonum morale facere potest liberi arbitrii viribus: meritum autem, vel dispositio positiva ad gratiam, non potest esse nisi actus moralis bonus, vt per se notum est: ergo. Hoc vero ratio falsum assumit, vt ex dictis in lib. 2. constat. Ratio ergo propria est, quam attingit D.

Thomas 3. contra gent. cap. 149. ratione 4. meritum debet esse proportionatum præmio, seu retributo, sed actus, quos homo per facultatem naturalem producit, non habent proportionem eum gratia, vel auxilio, quod facultatem naturæ excedit. Ergo non possunt illud mereri. Quæ ratio etiam de dispositione fieri potest, quia etiam dispositio esse debet proportionata forma. Illam tamen magis quoad dispositionem declarat idem Doctor sanctus ibidem ration. 2. Nam agens instrumentale (inquit) non disponit ad perfectionem inducendam à principali agente, nisi secundum quod agit, ex virtute principali agente, sed anima nostra operatur sub Deo, sicut agens instrumentale sub principali agente; ergo non potest anima se preparare ad suscipendum effectum diuinum auxilium, nisi secundum quod agit ex virtute diuina. Prauenitur igitur homo diuino auxilio ad bene operandum, magis quam ipse diuina auxilia preueniat, quasi merenda illud, vel se preparando ad illud. Hoc ferè D. Thomas, in quibus aduerto subsumptam illam propositionem, quod anima nostra operatur sub Deo, sicut agens instrumentale sub principali agente, cum maiori proprietate verum habet in operibus gratia, & in lib. tractauimus, & ideo in hoc sensu videtur in illo discursu sumenda, vt efficacius ratio concludat, non posse hominem se preparare ad aliquod auxilium gratia supernaturale, nisi tanquam instrumentum Dei moueatur per aliud prius supernaturale auxilium, & ideo perueniendum esse ad aliquod primum, ad quod homo præparari non posse. Alioquin si de fide sola sub ordinatione cause secundæ ad primam ferme esset, & solum diceretur anima nostra instrumentaliter agere sub Deo, generali & in proprio modo quo causa secunda principalis dicitur comparari ad primam sicut instrumentalis. Sicutum illa ratione concluderetur, non posse hominem se disponere suis viribus ad primum gratia auxilium, sine concursu generali Dei, quod non satis esset ad probandam assertiōnem, vt constat; cum maiori ergo proprietate intelligi debet, & ita optimus est discursus.

Albertio de homine faciente quod in se est, per auxilium gratia ordinis naturalis, iuxta distinctionem gratia excitantem, possum in superiori libro, capite septimo. Clavis operis rum enim est hominem de quo loquimur, non posse facere quod in se est per auxilium gratia supernaturale ordinis, quia loquimur de homine priusquam interius vocetur ad fidem, ante quam vocationem nullum auxilium supernaturale ordinis internum homo recipit, vt per se clarum est, & in superioribus ostentum est; ideoque non potest tunc facere, quod in se est per auxilium supernaturale, quia debet supponi cum tali auxilio, quia causa efficiens supponitur assertiō, & tunc necessariō habebit tale auxilium sine merito, vel dispositio propria, quæ est assertio, quam probare intendimus. Loquimur ergo in assertione de auxilio naturalis ordinis, & priusquam auctoritate illam probemus, possumus in hunc modum illam ratione ostendere & explicare: nam duobus modis excogitatum est hoc auxilium naturale, per quod fiat tale meri-

tum, vel dispositio. Primo vt illud auxilium nihil aliud sit, quā naturalis cogitatio, quæ congrua sit ad bene operandum, etiam per solas naturales causas & vires naturales hominis producatur, Deo nihil specialiter operante vel in causis externis tali, vel tali modo applicandis, vel aliquid speciale interiori operando, vel solum habeat illa cogitatio rationem gratia, quia fuit peculiare Dei beneficium per suam generalem prouidentiam, ita disponere causas yniuersi, vt talen cogitationem in homine excitarent. At vero contra hunc sensum procedunt omnia, quibus capite decimoquarto in libro secundo ostendimus, si in hac sola cogitatione fundetur meritum prima vocationis proximæ ad fidem, non recedi re ipsa à sententia Cassiani & Fausti solum per hoc quod cogitatio illa gratia nominetur, quia illa est gratia solo titulo, quia non transcendet rationem doctrinæ, & in eo gradu non spectat ad doctrinam reuelantem, sed naturalem, atque ita est minor gratia, quam illa quam Pelagius admisit.

Venio ad alium modum quo potest conclusio Modus pro intelligi de proprio auxilio gratia ordinis naturalis, prout additum interiore excitationi, ex peculiari affectione & prouidentia Dei, quem modum insinuant auctores, qui dicunt puerum venientem ad vsum rationis, si faciat quod in se est, per motionem antecedentem ad vocationem fidei, statim infallibiliter illam vocationem obtinere, nam licet vocem illam motionem supernaturalem, re vera non potest esse ordinis, seu entitatis supernaturalis, cum ante auditum fidei internum, & externum antecedat: solum ergo potest esse supernaturale quo ad modum lib. 1. superiori cap. 7. explicatum, quidquid enim sit, an alio modo, vel titulo illi sic operanti detur initium fidei, quod postea videbimus. Dico non posse id esse per modum meriti, aut dispositio moralis & proportionata, nam adhuc dicimus in affectione non sufficere auxilium naturalis ordinis, quod probatur primò rationibus supra adductis ex D. Thoma, quia actus moralis ordinis naturaliteriam siat auxilio gratia, semper est improportionatus toti ordinis supernaturalis gratia; ergo nec moralis dispositio positiva, nec meritum eius esse potest. Item, quia licet anima nostra moueat à Deo per speciale excitationem ordinis naturalis, nihilominus vt sic mota non agit instrumentaliter sub Deo vt auctore supernaturale gratia, in eo supposita illa excitatione & moraliter, eius voluntas naturali modo operatur actum moralem naturalen, ac verè acquiritum, & per illum efficit habitum acquisitum, ad quem tantum ex vi illius motionis se disponit; ergo ex vi illius non meretur, nec præparatur anima ad recipiendum auxilium supernaturale ordinis, donēc aliquo auxilio eiusdem ordinis moueat, & ita operetur instrumentaliter sub Deo, vt per se ac propriè supernaturaliter ac principalioperante.

Præterea declaratur utraque ratio, quia opus Declaratus. moral factum ab aliquo ex sola gratia naturalis ordinis, de se non est melius vel physicè, vel moraliter, quam similis factus ab alio per ordinariū concursum causarum, sicut habitus per accidentem infusus, non est melior de se, quam acquisitus, nec visus congenitus, quam miraculose restitutus: vt, v. g. fieri potest, ut cogitatio de Deo comparata à Philosopho, suo naturali discursu cum solo generali concursu Dei, & data rusticō gentili per speciale auxilium naturale Dei sint æquales, & consequenter, quod bonus aliquis motus voluntatis in utroque excitatur, vel

liberè factus sit æqualis, & in aliis actibus minus perfectis res clara videretur. tunc ergo fit argumentum, nam actus factus ex communi cursu causarum per vires arbitrij, non est sufficiens, ad quaecunque meritum supernaturalis vocationis; ergo nec similis actus factus cum auxilio naturalis ordinis. Probatur consequentia, quia sola relatio, seu emanatio à tali auxilio non reddit auctum moraliter meliorem, aut digniorem; ergo nec magis aptum ad tale meritum.

22.  
Vniuersalis  
ratio.

Vnde fit vniuersalis ratio, quia omnes isti actus boni ordinis naturalis absolute spectati, abstrahendo ab hoc, vel illo modo quo fieri possunt, tales sunt, vt per se loquendo possint fieri per solas vires arbitrij; ergo de se sunt improportionati ad tale meritum, nisi aliquo modo ad supernaturalem modum subleuentur; ergo quoconque modo fiant, ita vt in illo inferiori ordine maneant, non sunt villo modo meritorij supernaturalis gratia. Patet consequentia, quia non euadunt meliores, etiam per eale auxilium hant, & declaratur opinio, quia homo in statu naturæ integræ, potuit fidei speciali auxilio gratia habere dilectionem Dei naturalem, tam perfectam, quam nunc possit homo per hoc auxilium ordinis naturalis, & nihilominus non potuit mereri fidem, vel initium erus per illum amorem, immo nec Angelus id potuit: ergo nec homo lapsus id potest; etiam per speciali adiutoriorum similem Dei amorem elicierat. Quocirea rationes omnes, qua probant nos non posse per bonum opus morale viribus liberi arbitrij factum villo modo mereri auxilium gratia supernaturalis, & quæ procedunt, sive illud opus si factum ex aliquo auxilio ordinis naturalis, sive cum solo generali concursu vniuersalis prouidentia, nimurum, qua tale opus respectu supernaturalis ordinis est quasi nihil, & quasi ex se solum placet in ordine ad finem, vel præmium naturale, &c. Hæc enim & similia quæ procedunt, sive naturales opus viribus propriis, sive cum adiutorio Dei ordinis naturalis, cum quod opus in se non sit melius, nam tunc tale adiutoriorum validus extrinsecum est, & quodam modo plus agere videtur qui cum minori adiutorio aliqualiter operatur.

23.  
Præbatur  
assertio.

Vltra has vero rationes, assertio quoconque sensu intellecta, id est, de homine faciente quod in se est, sive per vires solas liberi arbitrij, sive per beneficium cognitionis congrua, sive per specialem excitationem ordinis naturalis, probanda à nobis est ex quadam supernaturali principio, quod initium fidei non cadit sub meritum, quo maximè Augustinus & alii Patres Massilienses expugnant: ex illo autem recte concluditur, nullum opus bonum morale, seu ordinis naturæ quomodounque habet, esse posse moralem dispositionem, aut aliquale meritum primæ vocationis ad fidem, seu, quod idem est, primi auxilij supernaturalis: primum autem illud in lib. cap. breueretur tacitum est, nunc autem probandum est latius. & in primis docet illud D. Thomas 2. 2. quæstione decima, articulo quarto ad tertium. vbi de Cornelio dicit, cum placuit Deo suis orationibus & elemosynis non fuisset infidelem, aliquis ait, eius operatio non fuisset Deo accepta, quia sine fide nemo ei placet; vnde egregie dixit Ambrosius libro sexto in Lucam §. & respondens Iesu: Misericordia tua habet meritum si fide precedente conseratur, & libro septimo ad illa cap. vndecimo. Veruntamen quod superest, date elemosynam: Opera (inquit) sine fide vanasunt. Præterea probatur ex Augustino lib. de prædestin. Sancti. vbi a cap. 2. ad refellendos Semipelagianos revocat initium salutis ad sanctam cogitationem, & ante illam ostendit nihil in homine

Prædicatur

Ambrosius

Augusti

inueniri, quod initium fidei, vel iustitiae esse possit. Declarat autem illam esse sanctam cogitationem, quæ ad religionem vtiq. Christianam & pietatem pertinet. Deinde in cap. 3. retractat quod alii dixerat, initium fidei esse posse ex nobis, quod non esset simpliciter retractandum, sed explicandum si homo aliquis ratione posset vocationem ad fidem mereri. Item cap. 7. nulla opera posse esse meritum, vel interpretationem fidei, quia ad opera habent viam aliquam merendi, vel imperiis, debent ex fide procedere, iuxta illud ad Ephes. 2. *Gratia estis saluatis per fidem, & hoc non ex ipsis, domum enim Dei est, ne quis gloriatur.* Fides ergo præcedit, ait Augustinus, vt per illa car. <sup>Epiph.</sup> a. imperiis, id est non probant vulgare loquendi modum, ille ad fidem tractus est, vel creare meruit, quia vir probus erat, sed potius vt bonus fuerit, ad fidem vocatus est, & ideo de Cornelio ait, iam fuisse fidelem cum per opera suam petravit aduentum Petri, a quo in Christi devterias instrueretur A& 10. idem habet Epist. 57. q. 2. de quo latè dixi lib. 2. cap. 4. Præterea cap. 15. eiusdem libri de prædestin. in hoc aquiratur initium gratia per vocationem ad fidem cum incarnatione, quod in humanitate assumpta nihil potuit præcedere, quo aliquo modo mereretur vno-<sup>Epiph.</sup> nem, ita in nomine nihil potest præcedere quo nō demereatur.

Eamdem doctrinam habet Augustinus aliis innumeris locis, nam lib. de grat. & lib. arb. cap. 7. <sup>Epiph.</sup> septimo Opera (inquit) sum ex fide, non ex operibus fides. Opera vtiique quæ sine aliquid merita, & per se conferant ad veram iustitiam, & salutem æternam, & ideo libro quarto contra Julianum capite tertio ante fidem, ait, nullum esse vero virtutis opus, non quia bonum esse non potest <sup>Cognitio</sup> morali modo, sed quia non confert ad salutem, & ob eandem causam dicit. lib. de grat. & lib. arb. cap. 2. comparat iustificationem creationis, quia sicut creatio est ex nihilo, ita iustificatio ex nullo merito esse potest, nec ex operibus quæ sine aliquid in ordine ad Christianam iustitiam, quæ a deo incohatur. Vnde Epist. 105. *Si dixerimus* (inquit) ante fidem præcessisse meritum gratie, quid meru habeat homo ante fidem, vt aciperet fidem. Similiterque dicit in Epist. 106. hoem non est tribuendum præcedentibus meritis, aut impetrati, quia omnia hæc radicantur in fide, & hac ratione in eisdem locis notat vitam æternam ita esse meritum meritorum, vt sic etiam gratia, quia est gratia pro gratia, vt ait etiam lib. de corp. & grat. cap. 13. & Ioann. 1. quia meritum eius fundatur in priori gratia, fidem autem ita esse gratiam, vt non posset merces appellari, quia non potest supponere meritum fundatum in gratia & omne aliud fundatum in operibus, non potest esse meritum villo gratia, aut fidei, & multa similiter habet Augustinus dicta q. 2. ad simplician. & Psalm. 144. *Iustitia tua exultabunt, & alibi sepe contra Semipelag. disputans.*

Hanc Augustini doctrinam imitatus est Prosp. contra collator. cap. 22. vbi tractans locum <sup>Epiph.</sup> Apostoli Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, quæ contra gratia necessitatem & libertatem allegabat Thaſianus,* respondet, si locus ille de genibus per sedem iustificatis intelligatur, nihil fauere Thaſianum, quia gratis & sine villo merito reconciliat sunt, nihil enim boni operis, inquit, ex mortuis, nihil iustitia procedit ex impiis, id est, nullum opus meritorum gratia, vel iustitia ex impiis qui & fide carent, & spiritum vita nondum accepere cuperunt, esse potest. Deinde vero admisso alio sensu

seni quid Paulus loquatur de gentibus fide carentibus, & aliquid boni naturalis operantibus, ait non potuisse illos ex illis operibus iustificari, quia nullus est bona voluntatis motus, vtique iustificationem impetrans nisi quem creauit diffusus per spiritum sanctum charitatis effectus, & addit probationem, quia sine fide impossibile est placere Deo, referens haec verba, non solum ad personam, verum etiam ad singulos eius actus, quia non possunt Deo placere in ordine salutem, & veram iustitiam, nisi a fide orientur. Vnde cap. 29. ait, si bonum praecedens fidem possit illam mereri, sequi sic animam adificari in templum Dei, vt non accipiat fundamentum, quod non incipit, nisi quando fides in corde audientis generatur: intelligit autem sequi, non accipi fidem tamquam donum gratiae collatum, quod sumum censem inconveniens. Et similiter cap. 37. & 38. probat ex professo vocationem ad fidem non posse sub cuiuscumque praecedentis boni operis meritum cadere, idem habet in response ad Gallos cap. 8. Fulgentius de Incarnat. & grat. cap. 26. vsque ad 20. probat omne meritum gratiae in fide radicari, & ante illam esse non posse: fuit denique Concil. Arausicum can. 25. dicens Deum nullus praecedentibus meritis fidem inspirare, quod etiam habet Concil. Trident. cap. 5. & 6.

15 Respondent vero aliqui hos Patres ideo initium gratiae ad fidem cognitionem reuocasse, eamque pro fundamento nostre iustificationis posuisse, quia & frequenter contingit, vt ante fidem non praecedant opera bona facta ex alia priori gratia, & ita rarum est, & quasi accidentarium inchoari gratiam ante fidem, quia initium fidei est per se ac necessarium fundamentum iustitiae, quod autem aliud fundamentum internum praecedit, licet etiam sit contingens. Et vtrumque concurrit, quia alias omnia bona opera quae ab infidelibus sunt, etiam in suo genere interdum sint illustria, vt difficulter fieri possint sine gratia Christi, quod non videret admittendum. Et similiter in homine fidelis victoria gratiae tentationis, aut in fine bonum opus morale, vel fieret sine gratia Christi, vel nunquam fieret, nec esset meritorium, nisi fieret ex motu fidei.

16 Veruntamen neutra ex dictis expositionibus est admittenda, nam illa prior, vt Patres loquuntur de his quae frequenter accidunt, & quae rara sunt, non considerent, non recte in praesenti accommodatur, tunc quia alias non satis Pelagianos confutarent, nec certo & infallibili principio contra illos vtererentur, nimurum fidei initium non cadere sub humanum meritum, nam quod id frequentissime contingit, Semipelagiani non negant, vt lib. 2. dictum est, & Profper refert cap. 37. contra Collater. vbi illum latenter impugnat, quia in quibusdam ponebat vocationem fidei sine merito, in aliis ex merito. Vnde Augustinus nec in Corinio, nec in Latrone, vel viro alio vult id admittere, non ergo ponunt illud principium, vt contingens in pluribus, sed vt per se ac simpliciter necessarium, ex ideo non solum negant actum, sed postulat, dicunt enim non posse hominem mereri fidem, quia ipsa fides est, quae hanc confert potestatem, item hoc declarant exemplis absolutam impossibilitatem contrarii eventus indicantibus, vt est exemplum hypotheticae unionis, ita enim est gratia, vt non posset ante illam meritum in natura aliquippe antecedere, & exemplum creationis, ita enim ex nihilo, vt numquam possit alter contingere. Denique quod praecedent bona opera ante fidei, non potest dici rara, quia vix inueniuntur in ecclesie, in quibus aliqua bona opera

inueniuntur, vt lib. 2. dictum est, cum Chrysostomo Homil. 67. ad Paulum, & aliis.

Et ob eamdem, vel maiorem rationem alia responsio admittenda non est, nimisrum ita fidem esse fundamentum iustitiae, vt aliquando possit aliud antecedere fundamentum, tunc quia etiam duratur hinc occasio Semipelagianis dicendi, licet frequenter iustitia fundetur primum in fide, in aliquibus sumere initium a bonis operibus humanis. Dices illos loquitos esse de bonis operibus viribus naturae factis, non per aliquam priorem gratiam ordinis naturalis, vt illi Theologi loquuntur. Sed contra in hoc est: quia si per gratiam hanc solidum intelligatur cogitatio honesta naturalis, & congrua, etiam illam non negabant; si vero aliud manus auxilium intelligatur, in primis non est de fide dari tale auxilium; ergo illo titulo non poterit sententia Semipelagianorum, vt erronea damnari, deinde quod caput est, Paulus, ad Rom. 3. sub operibus legis concludit omnia que non sunt ex fide, & absoluere dicit, ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo, & postea subiungit, iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum: nec inter opera legis & fidei medium agnoscat, & concludit, iustificari gratis per gratiam ipsius, vtique per gratiam fidei, de qua infra subdit: arbitrantur enim iustificari homines per fidem sine operibus legis, & ad Ephes. 2. *Gratia estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, & non ex operibus, vtique in fide, velande fidei, vel non ex fidei.* Ephes. 2. & tis.

Quo loca exponens Concilium Tridentinum sese 6. cap. 8. ait, vt per fidem ideo iustificari dicamus, quae sunt & humana salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, vbi distributio omnis ponderanda est, includit enim omnem alium modum iustificationis, & omnem radicem: item loquens de hae eadem iustificatione, quae a fide inchoatur, ait, nihil eorum, que precedunt illa, sunt fides ( vtique naturalis, quam ponebant Pelagiani,) & opera, qualicunque vtique sint, iustificationis gratiam promoveret: in nullo ergo hominē possunt praecedere opera quae sunt exordium illius iustificationis, quae fundatur in fide: quapropter regula posita ab eodem Concilio cap. 5. & 6. de exordio iustificationis vocatione fidei non regulariter, sed infallibiliter accipienda est, alias nihil certi de exordio & fundamento iustificationis haberemus; non ergo vocatione ad fidem tantum ponitur, vt necessaria ad iustificationem, sed etiam vt exordium necessarium & vnicum, & certe ipsum nomen exordij, vel fundamenti excludit necessarium omne aliud prius exordium, vel fundatum: nam fundamenti non datur fundatum, & ad hoc significandum additum est nomen exordij, initij, & radicis, vt significetur non posse dari alijs priorem radicem. Denique addit Concilium, nulla eorum existentibus meritu, vtique ante vocationem fidei, quis enim contra verba tam absoluta, & vniuersalia audeat dicere in aliquibus hinc minibus, vel etiam in aliquo homine, vocationem ad fidem esse ex aliquo, vel qualicunque merito.

17 Ad incommoda autem, quae inferebantur, respondemus aliud loqui de gratia in generis, aliud de gratia quae possit esse principium merendi aliquo modo supernaturale auxilium, ante fidem: ergo & ante proximam vocationem fidei factum propter Christum dari, quia nulla vera est gratia Dei, quae non propter Christum detur, vt Nulla vera in principio huius materiae dixi; negamus vero gratia quae ante vocationem fidei antecedere gratiam, quae non detur propter Christum. posse esse exordium vel fundatum supernaturale iustitiae, licet ad alios bonos effectus deseruire posset, & hoc probant testimonia adducta, & rationes

ratione fratim declarabitur: unde ad primum in-  
commodum de infidelibus respondemus, forsan  
nunquam in eis esse victorias grauium tentatio-  
num integras, & sine villa peccati labe, nec diffici-  
lia opera bona sine aliquo defectu culpæ; si ve-  
rd aliquando sunt, non sunt sine aliquo gratia  
auxilio propter Christum dato, & nihilominus  
in ordine ad fidem promerendum nihil sunt. Ad  
aliud verd de fidelibus similiiter dicimus, si ta-  
lia opera fiant ex solo auxilio naturalis ordinis,  
& nullo modo ex fide, non mereri supernaturale  
præmium apud Deum, vt in fratre tractando de meri-  
to ostendemus.

Opera quæ Aliter verò quis subterfugere posset allata testi-  
præcedunt monia, dicendo talia opera bona, quæ ante fidem  
fidem, scilicet interdum faciunt, non fieri sine aliqua vocatione  
dum, quid bona, & illam tunc dici posse vocationem ad fi-  
dem, saltem remotam, eamque à Conciliis & Pa-  
tribus sub vocatione fidei includi: & ita verum  
esse ante illam nulla præcedere merita, nihilomi-  
nis tamen ex illa vocatione remota posse procede-  
realiquid opus, quod sit meritum proximæ vo-  
cationis ac fidem, ad proinde excitatione ad bonum  
opus faciendum ante revelationem fidei esse vo-  
cationem quamdam ad fidem, quia ad illam ordina-  
tur, & hoc satis esse aliquale meritum proximiori-  
tate fidei, siquiescet utrum fidei conditum

Augusti. vocationis aduentum ; etiam in actuus inde nondum  
præcesserit. Potest hoc subterfugium duorum Pâ-  
trum testimonis colorari, vnum est Augustini  
lib. 83. quæst. 68. dicentis, Numquid ergo latebat  
Pharao nem, quantum boni consequita fuerint terra illa  
per aduentum Ioseph? Illius ergo rei gesta cognitio, vocatio  
eius fuit, ut populum Israël misericorditer tractans, non  
esset ingratus. Quod autem huic vocationi obtemperare no-  
luit, sed exercuit crudelitatem in eis, quibus humanitas  
& misericordia debebatur, meruit penam, ut indurare-  
tur illi cor, &c. Certe cognitio illa quām habuit  
Pharao de aduentu Ioseph in terram Ægypti, &  
de beneficiis per eum illigenti collatis, non fuit  
revelatio fidei, nec per eam excitabatur Pharao  
immediate ad credendum, & tamen Augustinus  
inde dicit in capitulo vocationis Pharaonis, qua-  
si vesus bene esset, vtterius illuminaretur, sicut è  
contrario illa malè vtendo obdurrari meruit. Aliud  
testimonium est D. Grægorij Homil. 9. in Eze-  
chiel, in illa verba, Mittu ergo te ad filios Israël. vbi  
sic inquit, Nec fides sine quibus, nec operibus adiuuant sim  
fide, nisi fortassis profide accipienda siant. Ergo secun-  
dum Greg. opera, quæ præcedunt fidem, quatenus  
pro pide percipienda sunt, possunt iuare ad  
merendam proximam fidei vocationem. Et in  
eius sententiæ confirmationem addit. Sicut Cor-  
nelius ante pro bonis operibus meruit audire, quām fideliter  
existet; quia ex re colligitur, quia bona opera pro fide  
percipienda faciebat. quod ex Auctorum decimo la-  
tius dedit.

Responso. Respondeo duobus modis posse intelligi alia  
Authoris. quem operari pro fide obtinenda , vno modo  
ex intentione Dei solum , quia nimurum Deus  
excitat hominem ad bene moraliter operandum  
ut prober illum, an bene respondeat illi priori vo-  
cationi , & animo dandi illius altiorum , si illa be-  
nevratur , fin minus dimittendi illum : alio modo  
potest intelligi ex intentione ipsius hominis  
bene operantis & potentis , ut a Deo illum ineretur  
in fide. De priori modo potest intelligi locus Au-  
gustini , & praemisso illo sensu duo dicenda sunt , v-  
num est illam priorem excitationem , non posse  
dici vocationem ad fidem , sed ad misericordiam  
gratitudinem , iustitiam , vel aliam similem vir-  
tutem moralem , de his enim virtutibus aperie-  
loquitur Augustinus. Quando autem in aliis lo-  
Gencil. Trid. cis dicit vocationem ad fidem praecedere omnia o-  
pera pietatis , & merè gratia dari , aperie de illa

loquitur Concilium Tridentinum in illo cap. 7, cùm dicit, iustificationis exordium sumendum esse à ratione; quia Deus tangit cor per Spiritus sancti illuminationem; ut gratia adiutus liberè possit mouere se ad iustitiam coram Deo. & addit cap. 7. Disponunt ad ipsam iustitiam; dum excitati diuina gratia; & adiutus; si dem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum. Vocatio ergo de qua loquitur Concilium; est ex auditu fidei; & ab illa inchoatur fundamentum iustitiae; & omnium dispositionum ad illam. Et de eadem vocatione dicit antecedere omnia merita. Non possunt ergo hoc testimonium; & similia eludi; ea interpretando de vocatione ad bonum opus morale; vel ad aliquam cognitionem naturalem; quam Deus potest dare ante revelationem; vel predicationem fidei; quia ne illa potest dici fundamentum iustitiae; nec re vera est vocatione ad fidem; cùm illa non proponat illo modo ut supponimus. Neque intentio Dei extrinseca mutat naturam; & rationem talis vocationis; neque enim habet; quod sit talis; vel talis vocatio ex fine extrinseco vocantis; sed ex obiectu ad quod vocat.

Quocirca persistendo in eodem sensu verborum Augustini addendum, posita illa vocatio Pharaonis per solum naturalem bonum vium eius ante primam vocationem ad fidem, non potuisse mereri fidem, vel initium eius, sed ad summum potuisse non ponere obicem fidei, seu inspiratione eius, ut generaliter statim dicemus, quia intentio Dei extrinseca non addit illis operibus dignitatem, vel proportionem cum tali præmio. Vnde non est cur fingamus Deum hoc intendisse, aut ad hunc finem dedisse Pharaoni vocationem illam, ut bene illa vident meretur vocationem ad fidem, quia nec Augustinus hoc dicit, nec habet fundamentum in Scriptura, vel ratione: imo repugnat Deum intendere aliquid gratiarum suis contrarium. Item non oportet nigrare ita fuisse vnam vocationem ad aliam ordinatam, ut si Pharaon bene vteretur primo, illi esset promissa proxima vocatione ad fidem, quia haec etiam promissio facta est, & sine fundamento, & præter ordinatorem diuina gratia. Igitur nulla ibi particularis intentio Dei cogitanda est, præter illam generalem, quam ex se habuit propter Christum dandi omnibus adultis vocationem ad fidem, si per eos non staret. Ante quam vocationem sape, dat aliam bonam excusationem moralē, reseruat autem vocationem ad fidem pro tempore quod sibi placet, iuxta aeternam dispositionem suæ sapientiæ, & voluntatem confilii sui: & ita se gessit cum Pharaone: quem fortasse postea non vocavit ad fidem, quia inuenit obdurateum, vel præue dispositionem per abusum prioris dispositionis, quod impedimentum si non haberet, vocaretur a Deo; non propter aliquod meritum, vel dispositionem, sed propter suam propriam, ut mox etiam generaliter dicemus.

De posteriori modo operandi pro fide ob-  
nenda ex propria intentione ipsius operantis, vi-  
detur loqui Gregorius. in quo loco oportet ad  
uertere illum supponere in operante aliquam  
fidei notitiam; quomodo enim potest quis per  
sua opera intendere fidem obtinere, nisi iam  
cognitionem fidei habeat. nam intentio est actus  
voluntatis, qua cognitionem supponit. Hac  
igitur cognitio, qua ante illam intentionem  
supponi debet, duplex esse potest, scilicet cuius-  
dam opinionis, fidei humanae, vel ex audi-  
tu alicuius Prædictoris, vel ex fama, aut con-  
uersatione cum fidelibus comparata; vel esse po-  
tentia fides vera, vel supernaturalis, imperfec-  
ta, tamens

90/41. *ramen*, & confusa. Prior modus etiam contin-  
gere potuit in Pharaone, & mihi virisimile vide-  
tur de illo modo potius loquutum esse Augusti-  
num in loco superius tractato. Nam Pharao ita  
expertus fuerat beneficia terræ sua per Iosephum  
collata, vt simul aliquam Dei notitiam ab eo acce-  
perit, quia Ioseph & verbis suis & factis illari  
semper insinuabat. Nati Genes. 41, in primo adi-  
tu ad Pharaonem, cum hic dixerat vidisse somnia,  
que nullus ediscere poterat, respondet Ioseph,  
ab quo me Deus respondebit prospera Pharaoni. Et pau-  
lo post ipse Pharaon confessus est, Ioseph fuisse Spir-  
itu Dei plenus. & postea illa cognitio durare pot-  
uit, & crescere per familiarem & diuturnam  
conversationem cum populo Hebreorum, & per  
Mosem confirmata est signis & prodigiis, &  
hunc etiam simili modo Iudæi, qui inter fideles  
verfantr, & Saraceni qui notitiam aliquam,  
vel famam Christianæ Religionis habent, etiam non  
credant, illam esse veram, saltem possunt  
dubitare & desiderare illuminari, & propter  
hunc in aliud quod facere perendo, & bonum a-  
liquod operando. Adenique ille, qui incipit audi-  
re prædicationem fidei, quamdiu deliberat, &  
nondum credit, potest saltem generaliter aliiquid  
facere propter veram fidem, quæcumque illa sit,  
obtinendam.

34. *Et de his omnibus dici quidem potest habere*  
aliquem vocationem ad fidem, nondum tamen  
internam & sufficientem proxime, sed externam,  
& remota, quia iam habent aliquem auditum  
fidei, cuius signum est, quia illa esse potest facit,  
vt qui illam omnino negligit, peccatum inuiditatis  
committat, atque imputari ei incipiat, quod  
fide careat, vt recte dixit Molina in concordia  
disputatione vñdecima ad quæstionem decimam  
quartam, & in materia de fidelitatem dicitur. Illa  
autem qualiscumque vocatione, licet in entitate  
sua supernaturalis non sit, nihilominus vera  
gratia est, quia est honesta cogitatio de re supernatu-  
rali homini non debita, & ideo quidquid ex illa  
sit, non sit sine aliquo auxilio gratiae, & præterea  
intentione illa aliquid faciendi propter fidem veram  
obtinendam, non sit sine inspiratione diuina non  
debita, etiam si nondum supernaturalis ordinis sit,  
vt præcedentib. cap. 7. dixi, id est que mirum non  
est, quod ille bonus vsus talis vocationis aliquid  
conferat ad obtinendum à Deo vñteriorum vocatione-  
m proximam fidei, & qui dixerit ibi interuenire  
aliquam rationem, vel vñbram meriti impera-  
toris, vel dispositionis rente non poterit Se-  
mipelagianismus argui, quia licet ibi operetur ar-  
bitrium naturali virtute, quod substantiam operis  
habet, non tamen id facit sine præueniente gratia, &  
inspiratione ad ordinem gratiae pertinente, ac sub-  
inde aliquo modo supernaturali.

Nihilominus tamen mihi verius videtur illas  
actiones liberas hominis deseruire quidem tam-  
quam materiales dispositiones, seu quasi viam,  
qua ordinariè tenditur ad sufficientem fidei pro-  
positionem, in qua Deus incipere solet dare pro-  
ximam excitationem supernaturalem sufficientem  
ad voluntatem credendi, vt lib. præcedenti  
capite octauo late declaratum est, non tamen suf-  
ficere ad rationem alicuius meriti, vel moralis dis-  
positionis. Ratio est, quia omnes illæ actiones  
sunt valde improportionatae ad meritum super-  
naturalis præmij, quia omnino sunt naturali-  
bus ordinis, & ex parte operantis, cum nondum  
fidem habeat, non possunt ordinari ad finem  
supernaturalem, vt talis est, sed ad summum sub  
aliqua ratione confusa & generali, qualis est cogi-  
tatio veritatis, vel fidei veræ, ac Religio, vel quid-  
simile. Ergo neque suæ aptæ, ad meritum super-

naturalis præmij, qualis est supernaturalis voca-  
tio, nec etiam sunt tales dispositiones morales,  
quibus ex natura rei supernaturalis excitatio tan-  
quam propria forma debetur, quamvis ex diuina  
ordinatione gratuita nemini cooperanti, vt  
potest & debet, illi externæ vocationi interna &  
supernaturalis negetur. Et ita etiam respectu ha-  
rum actionum, quamvis ex aliqua gratia ad su-  
pernaturali prouidentiam pertinente proce-  
dant, verum est principium suprà positum, ante fi-  
dem infusam nullum esse proprium, & supernatu-  
rale meritum.

In posteriori autem modo operandi propter  
obtinendam fidem expressam, & distinctam plu-  
rium mysteriorum ex fide supernaturali iam con-  
cepta, licet confusa & imperfecta intercedere po-  
test aliquod meritum vñterioris vocationis ad fi-  
dem, inquit possibile est tale meritum esse de con-  
fidem quis, 35. digne, si operans sit iustus, sicut esse potest per  
priorem fidem licet confusam per charitatem o-  
perantem, erit autem de congruo etiam in pec-  
cato sit, si re vera ex spiritu fidei infusa perat indei  
incrementum, vel propter illud operetur. Addo  
etiam, licet talis homo non petat, nec intendat  
explicite perfectionem fidei, quia fortasse nihil de  
illa cogitavit, vel audiuit, satis esse, quod ex de-  
siderio salutis sua, vel colendi Deum, vt debet, ope-  
retur, vt impetrat, & aliquo modo mereatur illam  
fidei perfectionem, quæ nunc communia legi ne-  
cessaria est ad salutem, quia illa opera habent suf-  
ficiem proportionem cum tali premio, & secundum ordinem diuinæ prouidentiæ, illud est  
tali homini & pro tali statu maximè necessarium.  
Ethoc satis probat exemplum Cornelij, & simi-  
lis est de Lydia purpuraria, de qua non sine my-  
sterio dicitur Act. 16, quædam mulier nomine Ly-  
dia colens Deum, nam in hoc ultimo verbo signi-  
ficatur, tam habuisse fidem, & secundum illam  
religiosè & fortasse etiam iustè coluisse Deum, i-  
deoque meruisse amplius doceri à Paulo, inquit  
etiam vocationem congruam ad illi credendum ac-  
cepisse, vt illa verba indicant, *utus Dominus operauit*  
cor. De hoc ergo modo operandi ex fide propter  
fidem loquutus est Gregorius in loco allegato, 36.  
cùm enim dicit opera non iuicare sine fide, nisi  
propter fidem percipidant fiant, non intelligit  
tunc illa opera iuicare sine omni fide, sed sine ali-  
qua, pro qua obtinenda sunt, & cum de Corne-  
lio dicit pro bonis operibus meruisse audire ante-  
quam fidelis esset, intelligit antequam Christianus  
nus & baptizatus esset.

Quæ exposito violenta, aut voluntaria videri  
poterit, nisi ex ipso Gregorio sumpta esset, qui in  
Homil. 19, eiusdem operis tractans illa verba, se-  
prium verò graduum erat ascensus, & vestibulum ante eam  
per refutandum fidei allegoricè interpretatur, quæ  
prius ad fidem venimus, vt postmodum per spiritualium do-  
norum gradus coelesti vite adiutu intrenus. non enim  
ait virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem  
perstringitur ad virtutem & statim id probat in  
Cornelio, de quo ait habuisse fidem antequam  
Petrum audiret, scilicet (ait) Deum verè & ante Bap-  
tismum non crediderat, quid orabat? vel quonodo hunc  
omnipotens Deus audierat, non ab ipso se in bonis perfici  
petebat. Notetur verbum perfici, quia non fidei  
initium, sed perfectionem petebat, quam fuisse  
expressum cognitionem Christi Dei hominis, po-  
stea Gregorius declarat, & iterum repetit, Nec enim initium, sed  
poterat bona agere, (vixque meritoria) nisi antea cre-  
perfectionem didisset. Scriptum namque est, sine fide impossibile est  
placere Dei; fide ergo habuit, cuius opera & eleemo-  
nia placere potuerunt; bona autem operatione meruit ut  
Deum perficie cognosceret, & incarnationis eius myste-  
rium credidit, quatenus ad Baptismi sacramentum per-  
auit;

veniret; per fidem ergo venit ad opera, sed per opera est solidatus in fide. Et ita ex sententia Gregorij principium positum quod ane fidem nullum sit verum meritum, comprobatur; quomodo cumque ergo homo ante fidem faciat quod in se est, proximam vocationem supernaturalem ad fidem m-

teri non potest.

38. Codditio sub Deus promittit omnibus adultis proximum auxilium sufficiens ad salutem, seu fidem, solum negatiu[m] esse intelligendum, id est, si homo ex parte sua impedimentum diuinæ vocationis non posuerit, & eodem modo exponendum est illud axioma, faciens ad salutem, de prima gratia auxiliante, ut facere quod in se est tantum sit non posse obicem gratia, vnde si lex naturæ serueretur, tantum id seruerit impedimentum remouendum, non quia illa operatio sit alia ratio obtinendi gratiam. Hanc assertionem sumo ex D. Thoma 3. contra gent. cap. 159. vbi proposita difficultate, quomodo sit in hominibus non devenit Deus.

Exponitur axioma, faciens quod in se est Deus non devenit Deus, quod prometeri homo non potest, respondet, licet homo non possit gratiam mereri, posse illam impidere, ideoque quando illa caret, illi imputatur, quia illam impedit. Deus enim (inquit) quantum in se est paratus est omnibus gratiam dare, vbi evidenter subintelligit conditionem, nisi illum ponant, vnde subiungit, sed illi soli gratia priuuntur, qui in se ipsi gratia impedimentum praesunt, & simili modo in dicta q. 14. de verit. art. 11. ad 1. ait, ad diu-

nam prouidentiam priuam, ut culibet prouideat, de necessariis ad salutem, dummodo ex parte eius non impeditatur, & in eodem sensu dixit 2. 2. q. 2. art 5. ad 1. quibus non datur auxilium præparans voluntatem ad amandum & credendum, ex iustitia non dari, in prænam præcedentis peccati, & hanc sententiam sèpè inculcat Henricus quodlibet 8. q. 5. & Alesi. quæst. 61. membro 5. art. 3. cùm dixisset Deum dare gratiam suam facienti quod in se est, & in solutio[n]e ad 1. explicasset id non facere Deum ex hominis merito, sed ex sua mera liberalitate & misericordia, subdit in solut. ad 5. licet homo non possit se disponere ad gratiam, nisi Deus illum disponat, posse tamen removere illud, quod est impedimentum gratie, & tunc intrat Dei gratia. Sic etiam Abulensi. Matth. 21. q. 21. dicit Deum reuelare mysteria fidei necessaria ad salutem omnibus non prætentibus obicem, & eodem modo ait offere gratiam suam omnibus facientibus quod in se est.

Sicutiam dixit Cumel. 1. 2. q. 112. art. 3. disp. 5. excitantem gratiam sufficientem esse in potestate nostra, quia Deus paratus est illam dare, penderit tamen aliquo modo ex potestate nostra, quatenus possumus illum impidere, & ita exponit axioma illud, facienti quod in se est, id est, non ponenti obicem Deus non negat gratiam. Denique omnes qui simul dicunt homini facienti quod in se est, Deum non devenire gratiam, & nihilominus dare illum merè gratis, & sine ullo merito, ut sunt Ruardus, Driedo, Molina & alij, re vera nihil aliud sentiunt, nisi eate[n]us conditionem illum esse necessariam, quatenus confert vt non ponatur impedimentum gratie, vnde etiam Medina qui 1. 2. quæst. 19. art. 6. dubio 3. 5. ad argumentum, in solut. ad 3. probabilem existimauit illum sentientiam, addit ibidem 5. respondet, bona opera moralia quæ facit peccator conferre, ut minorem repugnantiam habeat ad gratiam iustificantem. Sic ergo facere quod in se est, intelligi poterit ad ponendum obicem gratie.

Præterea est hæc sententia & explicatio antiquis Patribus conformis, nam in primis illa regula Augustini lib. 2. de peccat. merit. cap. 2. ut homines

non iuuentur gratia Dei, in ipsis causa est, non in Deo planè supponit & Deum esse paratum ad dandam gratiam si homo non impedit, & hominem posse impidere. & Epist. 105. dicit quibus non datur auxilium gratia, eos meruisse ut non detur & alia multa in cap. 17. afferemus. Ambrosius circa id ad Rom. 1. non autem arbitratur, &c. facit, Prohibitum se dicit usque ad tempus data epistola à Deo, scilicet quia iuens adhuc imparatos illos ad alias vices dixerit Apostolum. Declaratus autem quomodo essent imparati, dicit paulo infra ut virtus prohibebant carnalibus ne digniam essent addictere spiritualem doctrinam, vnde quod infra dicit eosdem exhortatos est a Paulo, ut dignarentur ad excipientiam doctrinam a virtus carnalibus abscondendo, negatiu[m] etiam intelligendum est, scilicet ut vici abstinendo in pedimenta tollerent. Luculentus hoc docuit Chrysost. Homil. 7. in Ioan. circa illa verba, illuminat omnem hominem, dicens, si illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quoniam puto tot homines sine lumine permaneant. Illuminat profe[n]dum quantum in ipso est. Si quis autem mentis oculi sunt sua communib[us], ad hanc lucis radium acim dirigerem[ur], non ex lumini natura in tenebris persistent, sed malitia sua, quæ sponte tanto se donec indigne reddiderunt, & infra, quia autem eius munere frui negligunt, hanc suam exercitatem sibi ipsis imputent. & sic etiam dicit Homil. 42. in Genes. Non enim quod non possumus, sed ex quod non volumus, ab omnibus bonis sumus alieni. Sic etiam Andr. Cresc. in Apocalyp. suo cap. 19. Quod hoc (inquit) auxilio destruuntur, ideo destruitur, quod in se ipso manum operi adhibere non voleo. Videntur autem loqui de his, qui vocationi non cooperantur, & ideo postea illa priuari qui antecedentes (vt h[ic] dicam,) illi ponunt impedimentum. Denique eamdem sententiam aliter & optimè declarat Marcus Heremita in lib. de Paradiso, lege & spiritu, sub titulo de his qui putant se ex operibus iudicari cap. 23. Omne, inquit, opus bonum quod per nostram naturam operamur, tantum eisdem efficiat, ut est carnaro mala, aut vicio abstinemus. Ceterum extra gratiam iustificationis officiis accessione in nobis facere non potest. Sic ergo facere quod in se est in obseruanda legge naturæ, non quidem per modum meriti, aut moralis dispositionis, sed per modum remouentis impedimentum peccati conducere potest ad gratiam, ita ergo intelligenda est illa conditio.

Denique à sufficienti partium enumeratione hæc interpretatio, seu assertio concludetur, ostendimus enim excitantem gratiam necessariam ad generali salutem generali lege omnibus esse per Christum oblatam, & promissam non absolu[re], sed sub aliquo conditione ab ipso homine pendente. Hæc autem conditio non est meritum aliquod, vel dispositio proportionata supernaturali gratia, ergo tantum esse potest esse conditio non ponendi obicem. Paret consequentia, quia nulla alia potest cogitari, quia licet interdum bona aliqua actione sit necessaria, cùm illa per se nihil ad gratiam conducat, solum potest esse necessaria ut obicem peccati impedit, vel potest esse virtus ut prænas dispositiones, & virtus quæ hominem ad opera gratia inceptorem redditum, impedit. Confirmatur, quia si aliquis adultus omnino caret hac gratia, excitantem interna, id non est primarij ex parte Dei, quia ipse maximè cupit illum omnibus conferre, ergo est ex parte hominis: causa autem ex parte hominis esse non potest, quod illum non reteratur, vel ad illum se moraliter non preparat, cùm id facere non possit ante primum auxilium, ergo solum esse potest causa, quia ponit aliquod impedimentum gratia Dei; ergo è contrario conditio in dicta lege inclusa solum est ut homo non ponat obicem gratia Dei. Denique hæc conditio

Henricus.  
Alesi.

Abulensi.

Cumel.

Medina.

August.

est iustissima, & non repugnat dignitati, vel liberalitati gratiae Dei; ergo ita est intelligenda.

Dicunt vero aliqui, licet haec explicatio in rigore vera sit, nihilominus de facto & praxi non quam Deum dare gratiam facient quod in se est dicto modo, quia nullus est qui non ponat impedimentum gratiae, si Deus aliquid differat dare illum, & ideo vel non dat illum, quia non facit quod in se est, vel si speciali vult misericordia vti, dat illum etiam non facient quod in se est, sed hoc dividere est, nam cum inscrutabili sint iudicia Dei, & innumerabiles modi vocandi homines, non possumus in hoc aliquid certum affirmare. Fortasse enim aliquos supernaturaliter vocat paulo post visionem rationis, quo brevi tempore possunt facere quod in se est per rationis usum, & re ipsa habere cogitationem congrua non quid facient, alii vero licet tardiori modo differat vocationem, fortasse propter auxilium gratiae ordinis naturalis, ut quod in se est, faciant, & postea vocat illos. ergo licet haec fortasse rara sint, non possumus affirmare nunquam fieri, aut Dei potentiam in modo & serie communicandi auxilia gratiae limitare.

## CAPUT XVI.

## Difficultati cap. 12. proposita satutis.

**E**x doctrina superioris cap. facile soluitur difficultas in initio capituli 12. proposita; in qua inferbatur, si auxilium supernaturale omnibus non datur, sed multis tantum offertur, Deum expectare voluntatem hominis, ut ei suam gratiam conferat, negatur enim sequela; quare expectare voluntatem hominis, est expectare aliquid metitum, vel dispositionem, vel præparationem eius: haec autem ex parte nostra procedere non potest, ut diximus, & hoc est quod intendit Concil. Araucanicum, cum enim ait, si quis, ut a peccato purgetur, voluntatem nostram Deum expectare inquit, per voluntatem non ipsam potentiam intelligi, sed actuum eius, sensusque est, si quis ut a peccato purgetur, velle nostrum Deum expectare contendit, id est, velle purgare, ut aperire declarant sequentia verba, non autem ut purgari velim; per spiritus sancti infusionem fieri constitutus; hoc ergo est quod Deus non expectat, nec aliquam dispositionem propriam, vel meritum ex parte hominis; quamvis ergo requirat interdum ut homo saltem impedimentum non apponat, hoc propterea expectat aliquam bonam voluntatem eius; quia sit ratio gratiam obtinendi, ac proinde nec sequitur quod hominis voluntatem expectet, nec quod meritum aliquod ex parte hominis; quia non ponere obicem, nullum meritum, vel initium est. Dicere expectare Deum ut homo non peccet, nec obicem ponat, quod etiam videtur absurdum, ad hoc respondemus in puncto sequenti.

Contra dictam vero respondemus instar possit, quia vel illa conditio non ponendi obicem, est in potestate hominis sine gratia præueniente & excitante; vel ad illam impletandam requiruntur gratiae; ne ut potest conuenienter dici, ergo manet integra eadem difficultas. Minor quod ad priorem partem probatur, quia alius posset homo ante omnem gratiam Dei se immunere a peccato sernare per bonum usum naturalem boni liberi arbitrii, quod dicti non potest, etiam de peccata

Fr. Suarez de Gratiæ Pars II.

tis mortalibus loquamur, ut ex dictis in lib. 2. suppono. Sequela probatur, quia quodlibet peccatum mortale est sufficiens impedimentum diuinae gratiae; ergo ut homo non ponat obicem, oportet ut omnia peccata mortalia evitare. Altera vero pars minoris probatur, quia ad impletandam illam conditionem, requiruntur priori gratia, si illa non datur, peccatur ab homine conditione illi impossibilis, & sic vana est promissio; si vero datur, hoc est contra hypothesis, loquimur enim de homine nondum vocato, nec excitato per gratiam, & præterea iam illius gratiae promissione omnino absolta, & sine vila conditione, quod etiam est contra dicta.

Secundum obicitur contra dictam respondendum, & declarationem, quia ex illa sequitur, si Altera ob homo postquam venit ad usum rationis, peccatio. tum aliquid mortale committat, eo ipso fieri incapacem illius promissionis, quia Deus offert gratiam facienti quod in se est, quod videtur inconveniens, quia alias inutilis esset illa promissio, quia nullus est homo, qui perueniens ad usum rationis, non citissima peccet, nisi præueniatur a Deo per gratiam, ut non peccet. Item, quia alias Deus non esset paratus ad dandam gratiam ei, qui semel peccauit, quia nec absolute eam promisit, nec iam superest conditio, quia ab homine impietri possit, quod etiam est ab absurdum, & contra dicta. Probatur autem prima sequela, quia quodlibet impedimentum peccati, est sufficiens impedimentum gratiae: postquam autem homo semel peccauit, non potest peccatum a se tollere; ergo nec impedimentum tollere; ergo statim fit incapax promissionis: non dico autem fieri incapax gratiae, nam si Deus velit, poterit illam dare: sed infero fieri incapacem promissionis, quia ex vi illius non tenetur Deus illam dare ponenti obicem, quod si dederit, ex sola sua liberalitate dat, non ex promissione.

Tertiob obicitur, quia sequitur, si homini facienti quod in se est, Deus non daret gratiam, Obiectio habet talem hominem excusationem apud tertiam. Deum, etiam reliqua necessaria ad salutem non praestet, quia iam per illum non stetit, sed per Deum. Consequens videtur esse contra Augustinum epist. 105. post medium dicentem, Cum non liberat, nisi gratia, nihil ius tuum inueni in eo, quem liberat, non voluntatem, non operum, non saltem ipsi excusationem, nam si hec ius fuerit, quisquis ex virtute, non merito, sed gratia liberatur. Ergo nec talis excusatio ex sententia Augustini admittenda est. Et rationem indicat, quia alias ratione illius datur gratia, & ita non esset meragratia, sed ex aliquo merito; id est, ex aliquo titulo iustitiae, qui propter excusationem exigit aliquid, non ut omnino gratuitum, sed ut debitum aliquo modo id postulat. Vnde etiam sequitur axioma illud, facient quod in se est, &c. intellectum etiam eo modo quo nos illum interpretati sumus, non omnino a Pelagianismo excusari, quia ex parte hominis esset aliqua ratio obtinendi gratiam, saltem quia excusationem habuit apud Deum, & ideo gratiam recepit. Quartob sequitur est contrarium eum qui peccando in principio usus rationis possit impedimentum gratiae fidei, non habere excusationem suæ infidelitatis, atque nullum posse adulterum negatiu[m] tantum intendit, saltem post aliquam moram temporis ab usu rationis. Consequens est falsum, ut supponimus: ergo sequela patet, quia ille sua culpa careret notitia inde; nam si fecisset quod in se est, ut tenebatur receperisset reuelationem, & excitationem ad fidem ergo im-

putatur illi carentia fidei, ac subinde est infidelis culpabiliter, & non tantum negatiue.

4. Principalem difficultatem insinuat D. Thomas Responsum dicto lib. 3. contra gent. cap. 160. dum ait, quod dictum est in potestate liberi arbitrij esse impedimentum gratiae. ita præstet, competere his in quibus natura integra fuerit, qui as natura sit lapsa, non erit in potestate eius, nullum impedimentum gratiae prestare. Et ita oritur difficultas talis, quia sic conditio postulata ab homine lapsus impossibilis videtur. In fine autem capituli responderet videtur primus, id non esse inconveniens, quia illa impotencia ei imputatur ad culpam, quod non est intelligendum propriè & in se, quia illa impotencia formaliter sit culpa, vel nouam peccatum mereatur, id enim nullo modo dici potest, cum illa impotencia, nec sit actus hominis, nec in se libera; dicit ergo imputari ad culpam in radice, quia hic defectus ex culpa precedente in eis relinquitur, utique originali peccato. Hæc vero responso satisfaceret quidem nisi Deus quantum est ex se saluare omnes homines lapsos, eisq; auxilia ad delendum originale peccatum sufficientia, & adultis actualia auxilia in singulis recipienda, quantum est ex se, dare decreuisset. At posita in Deo hac voluntate, prouidentia illi consentanea, nullo modo potest illa responso satisfacere, quia peccatum originale iam non est compundandi inter ea, que impeditur in adultis in iusti excusatantia gratia supernaturale, quia non obstante hoc peccato promissa est hominibus lapsis propter Christum diuina gratia sufficientia, ergo in ea promissione non potest postulari, ut conditio requisita carentia talis culpa, cum promissis supponat illam culpam, que adultis remitti non potest, nisi prius in eis impleatur illa prouisio dando illi excitantem gratiam, ergo ita facta est, ut sit implenda, non obstante illo impedimentoi, si aliud non addatur: ergo necessariu est, ut in potestate hominis lapsi, cui facta est illa promissio, non addere aliud impedimentum, alias facta esset illa promissio sub conditione impossibili, & ita derisoria, & frustranea existeret.

Addit ergo D. Thomas in eodem loco aliam responsum, nimis licet homo lapsus non habeat potestatem ad vitandum omnino peccatum, habere tamen potestatem ad evitandum hoc, vel aliud peccatum. Vnde inquit, quodcumq; committit, voluntarie commitit, & ita non immerit ei imputatur ad culpam, per quam nimis propanat impedimentum gratiae. Verum tam responso non caret difficultate, quia primò licet in multis verum sit hominem lapsum posse vitare hoc vel illud peccatum, non tamen in omnibus determinatis actibus & operationibus id verum est: nam si occurrit tempus diligendi Deum, ut Auctorem naturæ super omnia, in illo non potest homo impleere naturalem legem sine auxilio gratiae, ut supra lib. 2. dictum est; ergo nec potest facere quod teneatur, ut non ponat impedimentum gratiae, & hoc argumentum maximè vrget, si verum est teneri hominem venientem ad usum rationis statim, vel quam primum Deus illi in mentem venit, illum hoc modo diligere: nam tunc non poterit non statim ponere impedimentum, nisi per gratiam præueniatur, ergo tunc non erit tanta gratia facienti quod in se est, sed potius erit illi necessaria, ut faciat quod debet, & quod in se est cum illa, non vero ante illam.

5. Argumen-  
tum secun-  
dum.

Secundo fieri potest simile argumentum de occasione in qua gratia tentatio occurrit, nam tunc erit non potest homo non ponere impedimentum gratiae, nisi per illam præueniatur, ergo si ab eo peritur, ut ante gratiam non ponat impedimentum gratiae, conditio impossibili ab eo postulatur. Estq; ut si nullum simile tentationem regulariter, ac ferè omnibus hominibus occurre puto post rationis usum, præsertim iis, qui inter infideles sine illo usum vera religionis educatur, quia ipsa consuetudo vel

superstitiosi cultus, vel imitandi vicia parentum est sufficientia ad inducendam grauem temptationem statim post rationis usum, maximè interueniente dæmonis sollicitudine, qui cum circa omnes vigile quærens quem deuoret, maximè in iis dominatur, qui nondum aliquam diuinam gratiæ excitationem accipere incepert: vnde veritabile est statim in illo initio enim contendere ut cadant, & ponant gratiæ impedimentum: ergo cum resistere non possint sine gratia, si ab eis postulatur tamquam conditio necessaria ut resistant, ne ponant gratiæ impedimentum, peritor conditio impossibili, nam ut possint resistere, oportet ut per gratiam præueniantur.

Tertiò fit argumentum de ipsa collectione præceptorum, & de impotencia seruandi omnia sine peccato, quia etiam si homo gentilis, verbi gratia, seruet semel, aut iterum præceptum naturale occurreret, non statim illuminatur a Deo, & fieri potest, ut per aliquod longum tempus non illuminetur: ut vero homo infidelis non potest longo tempore rotam legem naturalem, sine peccato seruare; ergo si ab illo peritur, ut conditio necessaria ad primam gratiam obtinendam, peritur conditio impossibili: ergo ut in hominibus detur gratia sufficientia, non satis est asserre illis gratiam, si faciant, quod in eis est, sed oportet illos præuenire pergratiam ut possint facere quod in eis est, seu, quod debent.

Ad hæc responderi potest per distinctionem potentiæ moralis & physicae, & dicendo, sicut in predictis casib; moraliter non potest homo facere quod debet, physice posse facere, ita ut illi imputetur, si non faciat, & hoc satis esse ut ei imputetur, & consequenter ponere impedimentum in gratia, iuxta quam & ipsius responsum consequenter concedendum erit illis hominibus dari, vel offerri auxiliu sufficientiæ physice, sicut non moraliter, quia licet auxiliu supernaturale, quod Deus paratus est dare, in se expectatum sit, vel esse posset moraliter sufficientia, immo de se potest esse efficax, nihilominus modus quo offeratur homini non ponenti obicem est naturaliter impossibilis, ut declaratur est, & ita in effectu talu hominum sufficientia a poterit dici physica, non moralis possibilis: nec hoc inuoluit iniuriam ex parte Dei, quia non tenerur lege illa iustitia copiæ rem gratiam, & facilorem modum illam obtinendi conferre, & quia peccatum originale de se rotam illam gratia carentiam, vel sterilitatem meretur, & Deus ex vi generalis voluntatis saluandi homines, aut universalis redemptionis ad maiorem prouidentiam, aut liberalitatem obligari noluit.

Sed hæc responso, licet contentio potest suffici, quia non inuoluit errorem, aut aliquid manifeste contrarium diuinæ bonitati, nihilominus nihil non probatur, quia est durissima sententia, & parum, conscientia visceribus diuinæ misericordiæ, quam in Scripturis sanctis erga peccatores & miseros homines lapsos Deus ostendit; & etiæ contra sufficientiam universalis redemptionis Christi, quæ ut perfecta sit, non tantum physica, sed moralis esse debuit, alias respectu talium hominum magis illis est esset occasio damnationis maioris, quam salutis, nam cum illa potest physica talis sit, ut numquam consequatur effectum sine gratia, quid confert ad salutem quod offeratur gratia redemptionis sub conditione facienti id quod propter impotentiam moralis numquam faciendum est. Denique modus ille prouidentia non videtur Deo dignus, nam videtur potius esse simulatio quadam vel hominum elusio, quam prouisio sufficientia.

Aliter ergo responderi potest distinguendo inter facere quod in se est, & facere, seu implere quod homo teneatur: nam in omni occasione potest homo a gratia destitutus facere quod in se est, per vires naturales, quamvis non semper id sit satis ad faciendum

cum effectu totum ad id quod tenetur, licet ad aliquam excusationem sufficiat; quare responso potest facile accommodari ad primum casum de dilectione Dei super omnia, nam licet in rigore homo teneatur per legem naturalem diligere Deum super omnia actu perfecto & absoluto, & destitutus gratia id facere non posset, nihilominus aliquo actu imperfecto potest diligere, unde si in hoc genere faciat, tunc quod potest moraliter, etiam perfecte non diligit, faciet nihilominus quod in se est, ut non ponat impedimentum gratiae, quia licet non impletat legem integrum, facit quod potest, & in eo quod non facit per impotentiam, excusat. In secundo autem casu, alter hoc explicandum est, quia ille qui consentit tentationi contra legem naturalem, non excusat a culpa propter solam tentationem, nec facit quod in se est, nisi resulat, etiam si soli sua libertati relinquitur, ut in lib. secundo visum est, quia libertas si sit perfecta, includit potentiam moraliter non faciendi, & ita in illo casu & physicè & moraliter potest homo facere quod in se est, ita ut non ponat impedimentum, unde si tentatio eò peruenit, vt collat potentiam moraliter, tunc habet locum responso, quod si homo faciat, & moraliter potest, & propter impotentiam moralem vincatur, nihilominus non ponat impedimentum gratiae, quia excusat graui culpa, licet cum effectu non impletat legem.

At vero licet hoc sustineri possit respectu singulorum instantium temporis, pro quo durat tentatio, non tamen respectu totius tentationis absolute, nam licet totam illam non possit homo moraliter & in effectu vincere, nihilominus non excusat a culpa, in quo cumque momento peccat, quia cum impotentia morali respectu totius temporis, stat potentia moralis respectu singulorum instantium, & ita optimè stant illa duo simul, videlicet, ut homo non excusat a culpa, nihilominus moraliter non posset facere quod in se est, id est, quod necessarium est, ut non ponat impedimentum gratiae, & ita revoluimur in priorem responsum, eademq; difficultas relinquitur in tertio casu: nam extra casum tentationis grauius potest homo moraliter non peccare in singulis, licet simpliciter non posset vitare omnino peccatum, nec ad hoc facere quantum in se est sine auxilio gratiae.

Quapropter persistendo in eadem responione dici potest, cito verum sit in illis casibus non excusi hominem a peccato violando legem naturalem, nihilominus si faciat quod in se est aliquo modo, & ex pura infirmitate cadat, nihilominus quoad hoc excusat, ut non propterea censeatur ponere impedimentum excitanti gratiae, sed vocationi diuinæ, quia codicilum in rigore postulata non est ut omnino non peccet, sed ut non sit omnino negligens, & quasi contemptor legis naturalis, in modo potius humanam aliquam diligentiam ad se continentem adhibeat, pie enim credi potest Deum non deseretur, qui saltem hoc modo se gessit, licet interdum cadat, quia est casus ex infirmitate, vel ignorantia, quam miseratur Deus, iuxta illud Pauli, *Misericordiam consequitur sum, quia ignorans feci*, qui modus dicendi est probabilis, non tamen mihi omnino satisfacit, quia satis declarat conuenientem & sufficientem prouidentiam Dei hos homines, non solum ut saluari possint, sed etiam ut possint simpliciter & moraliter non peccare; item quia non potest negari, quin omni peccatum mortale de se sit dignum carentia omnis gratiae, etiam excitationis, unde licet Deus det illam hominibus sic peccantibus ex sua liberalitate, sicut dat etiam interdum illam induratis & contemptoribus & pessimis hominibus, nihilominus non possumus afferere esse infallibilem regulam quod his, qui sic peccant, dat Deus gratiam si negligenter non sint.

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

Multo enim melius videntur expediti prædictæ difficultates per distinctionem duplicitis gratiae super traditam, una est enim ordinis naturalis, altera supernaturalis, ex quibus prior potest in suo genere esse sufficiens ad implendum quodlibet præceptum legis naturalis, & ad vitandum quodlibet peccatum, etiam urgente graui tentatione, ut ex dictis in lib. secundo constat; non autem est talis gratia proxime sufficiens ad implenda supernaturalia præcepta, vel actus per se infusos elicendos, sed remota dicitur potest sufficiens, quia bene videnti illa non negatur altera supernaturalis, quæ ad dictos effectus necessaria est, & proxime sufficit.

Qua doctrina, quæ vera & communis est, facile ad primam instantiam respondeatur: occurrente præcepto naturali diligendi Deum finem naturæ super omnia, & tempore pro quo obligatur ad prouidentiam gratiae Dei, quam propter Christum prolapsum hominibus statuit pertinere ut preueniat hominem per sufficiens auxilium gratiae naturalis ordinis, quo posset homo illud peccatum implore, si velit, & ad illam gratiam dandam non postularur conditio ut homo faciat quod in se est, sed ex liberalitate & misericordia Dei datur, quia necessitas hominis id requirit, & Deus voluit per Christum omnium misereri, prouidendo in articulis necessitatis iuxta uniuscunq; occasionis exigentiam falem sufficienter, quod si per rale auxilium homo non impletat præceptum, iam non facit quod in se est; si vero adimpleat, non propterea meretur supernaturale auxilium, dabitur autem gratis propter Christum.

Ad secundam instantiam similiter dicitur in omni articulo graui tentationis contra legem naturalem non defuturum Deum dando simile auxilium eiusdem ordinis sufficiens ad non consentiendum tentationi, & seruandum præceptum, siue Deus immediatè conserat tale auxilium per se ipsum, siue per Angelum custodem, siue per alia media specialia prouidentiae suæ, vel positiuè excitantia mentem hominis speciali modo, & præter communem ordinem causarum, siue priuatiuè arcendo Dæmonem, ne tam grauius tentet: hoc autem solum pertinet ad eamdem prouidentiam Dei, & eo modo fundandum & explicandum est, quo in præcedentibus punctis id fecimus ad tertiam instantiam. Eodem modo responderi potest Deum per auxilia specialia gratia eiusdem ordinis naturalis præuenire hominem ratione videntem, ita ut moraliter possit totam illam legem naturalem implere, & omnino peccatum vitare pro aliquo tempore, in quo si cum illis auxiliis faciat quod in se est, illuminabit eum.

Ut autem hæc difficultas clarius expediatur, quare potest, quomodo sit intelligendum Deum Ex parte gratiam hanc facienti quod in se est per auxiliū inferioris gratiae, an scilicet statim det illam & que in eodem momento, ut post aliquam moram, vel quoniam quanta illa sit, nam iuxta quantitatem moræ facienti quod in se est, per auxiliū inferioris gratiae, & intelligetur, an possit homo in tota illa sine peccato detinere, antequam illuminetur per vocationem ad fidem. Quidam sentiunt in eodem puncto, ut post aliquam moram, vel scilicet, per auxiliū inferioris gratiae, vel saltem immediatè postquam homo fecit quod in se est intra ordinem naturæ actu recipere supernaturalem illam illuminationem, ita sentiunt multi Thomistæ, habentes fundamentum in D. Thoma 12, qu. 89. art. 6. ubi ait, si homo in sylvis educatus, & perueniens ad usum rationis faciat quod in se est, ut conuertatur in Deum, eo modo quo tunc potest, statim fore iustificandum, quod non potest intelligi ex vi conuersionis & dispositionis naturalis: ergo debet intelligi, quia statim recipit illum in actionem fidei, cui si cooperari velit, statim iustificatur. Quod si hoc verum est, cefas.

A. 2. 2. fas

sat difficultas posita, quia ut homo faciat quod in se est, ita ut primam supernaturalem excitationem gratiae recipiat, non est necessarium facere quod in se est perseveranter, vel constanter pro aliquo tempore, sed tantum in prima occasione, quia post usum rationis moraliter offertur: id autem facere potest homo non tantum per auxilium supernaturale, sed etiam per auxilium peculiare gratiae ordinis naturalis, ut declaratum est, quia datur solum ad accutum naturali, & ad vincendam naturalem difficultatem, immo extra occasionem amandi Deum supra omnia, vel vincendi grauem tentationem, ordinaria naturalis cogitatio honesta cum perfecto usu rationis potest esse ad id sufficiens, quia solum requiritur ut homo faciat quod in se est, ad evitandum impedimentum peccati; hoc autem pro breui tempore fieri potest sine speciali auxilio gratiae, etiam naturalis ordinis, ut iam explicatum est.

Verumtamen non video, quo fundamento affirmetur, cum qui in uno actu & momento conuertitur in Deum, vel in bonum rationis, eo modo quo tenetur, vel quo potest per auxilium sive naturae, sive gratiae praecedens ad fidem, & fidei vocationem statim vel in eodem momento physico, vel morali, seu immediatè post infallibiliter illuminari a Deo supernaturaliter, praesertim quando non exstat periculum mortis, seu extrema necessitatis articulus. Hoc enim nec reuelatum est in particulari, nec ex necessitate sequitur ex vniuersali redemptione Christi, nec ex generali voluntate, qua Deus vult omnes homines saluos fieri, quia hac possunt impleri in qualibet tempore humanus vita, dum mors non instat. Item illud, quod homo operatur, quando facit quod in se est, non est ultima dispositio ad gratiam excitantem immo nec dispositio est, sed tantum remotiens impedimentum; vnde ergo habet necessarium connexionem cum tali gratia, cum de extrinseca promissione cum illa restrictione & præcisione facta non constet. Vide in hoc est magna & notanda differentia inter gratiam habitualem & actualem, & illis differentiis

In quo gratia habitualis requirit certam dispositionem ultimam, cum qua habet infallibilem connexionem, & ideo facient quod in se est per auxilium supernaturale præueniens, infallibiliter datur gratia statim, ac homo se disponit. At vero gratia prima excitans, nec requirit præiuia dispositionem, nec habere illam potest, sed ad summum carentia obicis, cumqua solum non habet infallibilem connexionem inducere formam, seu talis gratiae, vnde ergo affirmari potest, facient quod in se est ante talem gratiam, dari statimi supernaturale auxilium gratiae?

Dicunt aliqui a posteriori id colligi, ne posset homo perueniens ad usum rationis in peccato originali peccare prius venialiter, quam mortaliter, quod reputatur inconveniens. Sed hoc fundamentum & remotum valde & incertissimum est, quia vel id nullum est inconveniens, in pueris etiam baptizatis peruenientibus ad usum rationis credimus id interdum accidere, nec est maior impotentia in non baptizatis, & præterea etiam in illa sententia id vitari non potest, quia non est tunc tam magna illuminatio & accelerata iustificatio ut non possit homo aliquanculum distrahi, & prius venialiter peccare, quam per illam iustificantem gratiam iustificetur. Si enim iam quis impletuit præceptum naturale faciendo quod in se est prius auxilium, antequam illuminaretur per vocationem ad fidem, non tenetur iterum, ut vocatur credere, sed potest deliberare & recogitare, nec tenetur hoc fa-

ctere cum tanta temporis celeritate, vt non possit interim comedere aut loqui: poterit ergo peccare venialiter priusquam incipiat credere, vel etiam si credat, non tenetur statim diligere Deum super omnia dilectione charitatis, ut iustificetur, non enim hoc auctoritatum precepum obligare cum tanto rigore, ac subinde potest mora aliqua intercedere, in qua homo venialiter peccet, priusquam ab originali peccato iustificetur. Non est enim illud solidum fundamentum, nec vnum video quo possit incurrir & tunc affirmari, facient quod in se est in uno actu, & occasione infallibiliter statim Deum dare auxilium supernaturale sufficiens.

Dico ergo de hoc tempore & modo quo Deus

dat vnicuique hominum auxilium supernaturale proximè sufficiens, nihil posse a nobis definitum, affirmari, sed hoc Deum sibi libera dispositione reseruasse, nam cum illa præueniens gratia non fundetur in merito, vel dispositione hominis, non potest ex ipsis actione certa regula sumi & ea tempus in quo datur hac gratia.

Et verisimilis est, non omnibus etiam facientibus quod in se est statim dari, ne videatur ex debito & propter homini actu dari. Vnde sicutad ostensionem gratiae Dei, Deus interdum dat hanc gratiam magnis peccatoribus, & non dat minoribus, ita etiam multos fortasse priusquam faciant, quod in ipsis est, præuenit per hanc eandem gratiam supernaturaliter ordinis, dando illis ne peccent, alios fortasse meuer prius per auxilium ordinis naturalis, & statim faciunt quod in se est, illos illuminat, alios etiam idem facientibus circa obseruationem legis naturalis, differt vocationem supernaturaliter pro tempore se disposito, non quia expectet eorum meritum, vel dispositionem, sed quia pro suis arbitrio non vult dare, nisi in articulo maioris necessitatis, vel congruitatis in ordine ad alios fines prouidentia sua. Et hæc differentia in parvulis ipsis certitudinem quibusdam prouidetur Deus extraordino modo ut baptizentur, alii non ita, licet fortasse in vita & diligentia parentum, vel non sit dilectus, vel etiam interdum meliores, vel minus malitiantur, quorum filii perire permittitur, quatenus, cui Baptismo specialiter prouidetur. Et de adultis gentibus legitimus, quosdam seruasse Deum usq; ad senectutem, & tandem peculiari modo prouidisse modum, quod fidem audirent, quam arcta necessitatis, nec interius percepant, alios vero ante vocasse, alios nunquam, quia varietas non potest in eorum facta referri, cum vel eadem, vel priora in his sepe inueniantur, qui citius vocantur: solum ergo dicere possumus Deum neminem deferre, nisi prius deferatur ab ipso; non tamen dicere possumus, Deum statim accedere, (vt sic dicam,) vel infundere vocationem naturali adulto, eo ipso quod aliquo tempore non deserit Deum, seu non peccat mortaliter, vel aliquod naturale græcum tunc occurrere obseruat: verisimile autem est Deum non adeo differre gratiam suam, vt in ea mora non possit homo per auxilia ordinis naturalis quod tunc recipit mortaliter sine peccato perlevere. Hoc enim iam attingit necessitatis articulum, & paratus est dare omnibus auxilium sufficiens salve opportuno tempore, ut supra cap... explicatum est.

Ex quibus colligit lector, ex tribus ordinibus ex citationum quas superiori lib. cap... distinximus mereretur naturali, gratiam ordinis naturalis, & rursum gratiam ordinis supernaturalis, aliquam eorum necessitatem esse, ut homo faciat quod in se est, ne gratiam impediatur, non tamen quamlibet sufficiere. Primum declaratur, quia homo non facit quod in se est, nihil boni agendo, nam licet per se solumne esse si cauere impedimentum peccati, illud tamen

morsiter non cauetur; sine aliqua bona actione: tum propter precepta affirmativa sepe occurren-  
tia; tum propter negativa; quæ propter pericula &  
occasiones vita presentis; sine positivis actibus  
voluntatis non seruantur; & ideo non dictum est;  
non ponenti obicem; sed dictum est facienti quod  
in se est; quia aliquid boni agere oportet; hoc autem  
non sit sine excitatione cogitationis honestæ; vt ex-  
dictis in superioribus conflat; ergo aliqua excitatione  
necessaria est ad faciendum quod in se est. Altera  
verò pars declaratur: nam cogitatio merè naturalis  
non sufficit absolute; non quia talis cogitatio non  
possit esse satis; vt homo possit aliquid boni facere;  
imotiam vt congrue & cum effectu illud faciat;  
sed quia non statim ac homo facit aliquid boni;  
censetur facere quod in se est; nam aliquid o-  
portet facere opus arduum & difficultate; vel plura  
bona per aliquid tempus; quod non potest mora-  
liter impleri per solam naturalem cogitationem.  
Est enim moraliter necessaria major & specialis  
excitatio & preuenio Dei; quæ non est per debita  
naturæ; sed gratiam continent veram; & quæ nunc  
per Christum datur; licet sit ordinis naturalis. Hec  
autem non sufficit; vt sit principium meriti altius  
excitationis supernaturalis; sed solum ut sit auxi-  
lium ad non secundum illi obicem. Tertia verò  
excitatione supernaturale sit sit prima; est etiam gra-  
uitate data; in eodem ordine & potest esse principi-  
um non solum non ponendi impedimentum se-  
quentibus excitationibus; sed etiam in merendis illas  
falsas de congruo; vel eas impetrandi; & se ad illas  
moraliter disponendi; faciendo nimis in quod in  
se sit per tales excitationes; vt per subsequentes  
tandem usq; ad gratiam habitualem perueniatur.

Denique ex his facile erit reliqua argumenta in  
solutorum principio huius capituli proposita dissoluere. Ad se-  
quuntur: secundum in primis dicimus ante excitationem supernatu-  
ralis ordinis supponit in homine excitationem  
principio; qua possit ita facere quod in se est intra ordinem le-  
bros capi; gratia naturalis; vt non ponat impedimentum super-  
naturale; gratia; ideoq; non esse iniuriam illam promis-  
sionem sub ea conditione; etiam si rarisimè imple-  
tilla conditio propter hominum negligentiam;  
vel infirmitatem; quia non promisit Deus omnibus;  
vel pluribus cogitationem congruam;  
vel gratiam efficiacem; quæ faciunt cum effectu  
quod in se est; sed tantum sufficientem; & hæc  
nullid est aliquid ex modis explicatis. Petitur au-  
tem in illa obiectione; quid dicendum sit de homi-  
ne; qui iam semelior fecit; quod in se est; sed pec-  
cauit & per hoc posuit impedimentum gratia. Ad  
quod breuerit dicendum est; si rigor iustitiae atten-  
datur; hominem sic parentem; quantum in se est;  
perpetuum impedimentum gratia posuisse; eaque  
prauari omnino meruisse nouo demerito; & distin-  
cto ab eo; quod per peccatum originale contraxe-  
rat; quod totum de se manifestum est; considerata  
malitia mortalis peccati; de quo loquimur. Nihilodo-  
minus tamen atento ordine diuinæ prouidentiæ;  
& gratia; dicendum est; quamdiu talis peccator in  
hac vita viuit; etiam si Gentilis; vel infidelis sit; Deum  
esse paratum ad vocandum & per gratiam præuen-  
tientem illuminandi illum; si eo modo quo potest  
per auxilium; quod actu recipit; etiam si ordinis  
supernaturalis non sit; ceteri impedimentum appo-  
nere; faciendo quod in se est; ad obseruandam le-  
gem naturalem. Et hoc ex parte conuincit illa se-  
cunda obiectio; quia isti peccatores non sunt extra  
statum salutis; ergo habent sufficientem auxilium ad  
illum consequendam; sed multi sunt qui illum non  
habent actu in se receptum; quia Deus non omnes  
peccatores ita præuenit; vt testatur Diuinus Thom. 3.  
contra gent. cap. 161. & maxime videtur verum de  
præventione per auxilium ordinis supernaturalis;

Fr. Suarez de Graia Pars 11.

ergo necesse est; vt saltem dethoc auxilium; offe-  
rendo illud quantum in se est; si per homines non  
steterit; seu quod idem est; si desiderat actuale impe-  
dimentum gratia apponere. Vnde utralis conditio  
imperatur; non est necessariu; vt homo a se expellat  
maculam peccati; quæ contraxit; vt recte nota sit  
Alens. 3. p. q. 61. art. 3. ad 5. quia hoc est impossibile  
sine prævia fide; & aliis auxiliis supernaturalis gra-  
tiae. Quia si et talis macula de se impedit; Deus pro  
sua misericordia & propter Christum; ea obstante;  
paratus est succurrere homini; si remoueat; (ait Alens.)  
actum suum voluntarium; & dissensum ad bonum; & con-  
sensum ad malum; nam post hoc remouet illud; quod est pro-  
hibitus gratiam; id est; ceterat ponere impedimentum;  
quod satis est; vt Deus pulsat per gratiam; occasio-  
nem; & tempus sua voluntate liberè disponendo;  
vt in fine præcedentis puncti explicatum est.

Ad tertium de excusatione peccatoris facientis  
quod in se est; si et non daretur auxilium; responde-  
Argumen-  
tum secun-  
dum ordinariam Dei proutientiam; quia Deus non de excula-  
de seruit iustum; nisi deseruerit ipsum; & responde-  
tum est; illa verò permissa hypothesi; dicendum  
catoris facit; in eo casu excusari quidem hominem à nouo  
ceteris quod peccato; si non faciat id; quod sine gratia facere non  
potest; non tam exculpari; vel à culpa originali; in  
qua permanet; nec aliis peccatis; quæ contra le-  
gem naturalem commiserit; quia licet homini de-  
negetur auxilium supernaturale ad actus superio-  
ris ordinis; semper habet arbitrij libertatem; &  
sufficientem ratione usum ad non peccandum  
contra legem naturalem; quod satis est ut ei imput-  
etur quælibet transgresio naturalis legis; etiam si  
ei non daretur auxilium; vel ad præcedentis pec-  
cati remissionem obtinendam; vel ad fidem con-  
sequendam; vel ad constanter perseverandum in le-  
gis naturalis observacionem. Nam ut transgresio  
naturalis legis in rigore & sine legitima excusatio-  
ne impuretur ad culpam; satis est ut quolibet de-  
terminato tempore & actu habeat homo sufficientem  
cognitionem; & rationis aduententiam; cum  
naturali libertate ad non peccandum; etiam si ma-  
ior gratia illi non daretur; præsertim quando  
propter antecedens peccatum indignus factus est  
gratia.

Atque hunc in modum intelligenda sunt verba  
Augustini ibi allegata; namis; qui à Deo gratiam  
non recipit; nuncquam potest eorum peccatorum;  
quæ commiserit; excusationem apud Deum præ-  
tendere. Item in hoc statu naturali; quia nunc  
hominis gratia negaretur; non posset exculpari; aut  
conqueri; vel quod ei fieret iniustitia; vel quod  
absque sufficiente causa gratia priuareatur; etiam si  
faceret; quantum posset per suum arbitrium; quia  
nihil potest facere de se conferens ad salutem; &  
ideo talis excusatio aliquo modo minueret in ne-  
gocio redemptiois rationem gratia & libertatis;  
cum qua nunc datur; quia vel supponeret si ho-  
mine non præcedere culpam; quæ homi-  
nem redderet gratia indignum; vel certe supponeret  
non obstante tali culpa; posse hominem ali-  
quid suis viribus facere; quo gratiam promere-  
tur; aut eius indignitatem a se repellat. Nihilomi-  
nis tamen verum est; si homini facienti; quod in  
se est; omnino negaretur auxilium necessarium ad  
remissionem peccati obtinendam; vel ad facienda  
opera necessaria ad salutem; habiturum fuisse ex-  
cusationem quodam nouam culpam committen-  
dam in his; quæ sine tali auxilio facere non posset;  
nec enim talis excusatio repugnat gratia; quia non  
est talis; vt ex parte hominis excludat iustam cau-  
sam; & indignitatem carentia gratia; sed solum  
excludat nouam culpam in omissione sequentium  
actuum; qui sine tali gratia fieri non possunt. Nam

ut h<sup>ec</sup> ad nouam culpam imputentur, non satis est quod gratia carentia ex priori culpa, quae voluntaria fuit, processerit, quia effectus subsequens ad culpam, non imputatur ad nouam culpam, nisi fuerit praeiusus, vel potuerit, vel debuerit praeuideri, & per negligentiam non fuerit praeiusus: non oportet autem ut illa subsequenta mala ita fuerint preuisa, & quamvis fuissent, prior culpa inde fuisset aucta; postea vero non committeretur noua culpa, quia noua voluntas libera non intercedit.

41. Vnde ad quartam & ultimam obiectiōnē de culpa infidelitatis, vel infidelitate negatiæ, ultima obiectio negando sequelam. Nam licet, qui si de cul. ad ultimam rationis peruenit, non faciat quod in se patifideli- est, sed peccet contra legem naturæ, & ob eam rem a Deo non illuminetur, poterit nihilominus a noua culpa infidelitatis excusari, quamdiu de fidei doctrina nullam horitiam fuerit consequetus, quod est esse infidelem negatiæ. Quia licet in re ipsa posuerit impedimentum gratia, ipse omnino & inuincibiliter ignorare potuit, quod illa culpa, quam contra legem naturalem committet, futura est impedimentum gratia, quia h<sup>ec</sup> in quantum in cognitionem eius ascendit, & ita non cumentum illud quod ex illo peccato in eum redundauit, non fuit praeiusus, ac proinde nec voluntarii, nec culpabili, ideoque ignorantia fidei semper manet inuincibilis, ac negatiæ t. nūm. Vnde considerat aduertendum est, aliud esse simpliciter imputari huiusmodi infidelis, quod caret auditu fidei; aliud vero esse hoc imputari ad specialem culpam infidelitatis. Nam hoc posterius non est in vniuersum verum, vt declarauit: illud autem prius simpliciter verum est, quia vero & in re ipsa infidelis suis peccatis ponit impedimentum gratia, & ita voluntate sua facit id quod est impedimentum, sicut ratione impedimenti in tali voluntate & actione ipse non agnoscat, quia ignorantia satis est ut à speciali culpa infidelitatis excusetur, non tamen obstat, quod minus impedimentum ipsum sit voluntarium, sicut potest quis, cum accedit ad Sacramentum, non recipere effectum, quia ponit bicem gratia, & nihilominus non peccare denuo, quia inuincibiliter ignorat, vel non aduerit obicem, & similia exempla obvia esse possunt.

## CAPUT XVII.

## Obiectiōnibus in cap. 13. proposūs satrūt.

**E**x his que hactenus diximus, satis explicatus manet sensus, in quo prima sententia cap. 12. relata, intelligenda sit, ut admitti possit, & aliquorum Scholasticorum verba, quibus libero arbitrio plus quam oporteat in dispositionibus ad gratiam tribuere videatur, vel pie interpretanda si fieri potuerit, vel si expositio locum habere non potuerit, reicienda esse, ut iterum tractando de iustificatione, & de dispositionibus ad illam, necessario dicendum erit. Vnde si argumenta secunda opinionis cap. 13. relata tantum edenderent, ut ante auxilium supernaturalis gratia nullum eius meritum, vel ratio motus ex parte liberis arbitrii admittatur, ad illa respondere non oportet, quia nobis contraria non essent. Quia vero auctores illius opinionis, vel plus intendunt, vel omnia involunt, & simpliciter negant legem illam dandi gratiam homini facienti quod in se

est, ideo necessarium, duicimus illius opinionis argumentis, quatenus doctrinæ nostra obtiare possunt, satrūt.

Primum sumebatur ex frēquenti admiratione Augustini, quod in causa æquali Deus quidam vocer, & non alios: vel etiam in inæquali inquit, ut non potius vocet, quā minus malum, cūs inca- prouidentiæ diuinæ nullam rationem paret dari voluntate, posse ex parte hominum, sed tantum ex Dei liberæ voluntate, quod non ita esset si Deus statuisset semper dare gratiam facienti, quod in se est, sed in primis respondemus, hanc doctrinam Augustini non repugnare cū illa lege, & principio in sensu intellectu, quem nos explicimus, utrumque enim coniunctit D. Tho. lib. 3. contragentes c. 159. & ibi, nam in hoc ultimā tradit hanc doctrinā Aug. dicit interdum Deum ex abundantiā bonitatis suz, eos qui gratia sue impedimentum prestant, gratia sua preuenire, non tamen omnes similes ita præuenire, ut gratiam & misericordiam suam liberalement ostendat, nec huius discrimini esse aliam rationem inquirendam, præter simplicem, Dei voluntatem, & nihilominus in cap. 159. docet quod homo Dei gratia non preuenit, ipsi imparati, quæ etiam est doctrina Augustini, ut supra legauit, & ex illa sequitur aperte Deum dare utam præuenientem gratia homini facienti quod in se est, in sensu à nobis explicato. Ig̃t̃ ex mente Augustini & Thomæ illa doctrina huic axiomati non repugnat.

Dicimus enim in primis doctrinam Augustini in illo argumento allegatam frēquentissime aucto tradi de gratia efficac<sup>i</sup>e, non de gratia sufficien<sup>t</sup>e ab solatè sumptu, & prout nunc de illa tractamus. Hoc patet ex isdem locis Augustini. Nam in dicta q. 2. ad Simplician. a medio ferè vñque ad inēm in hac ponit mysterium gratia, quod multe vocantur, eo modo, quo apud eis erat eis ut venirent. Ad alios autem, ait, ut atque quidem peruenit, sed quia saltem quod in eis moter non possit, ut eam capere aperies, ut atque quidem poneras, sed non eleci. In utrūque ergo ponit vocationem, diuersitatem autem in hoc continuit, quod vni datur vocatio congrua, alteri tamen sufficiens, cuius rationem præter diuinam voluntatem ignorare se dicit. Et de eadem inæqualitate vocationum loquitur lib. de spirit. & liter. cap. 14. cūm ait. Iam si ad illam profundarem, seruandam quā nos coarctet, cur illi ita suadetur, ut perjuratur, illi autem non ita, duo sola occurserunt interim, que respondere mihi placeat. O aliquid duxit, & nunquid iniquitas apud Deum? Cui responso ista displaceat, querat d. agens. Supponit ergo August. in illa quæst. omnes suaderi, quod pertinet ad sufficien<sup>t</sup>em gratiam, quodam vero persuaderi, quod efficacem gratiam spēdat, quæ alii, qui non persuadentur, non datur, & in hoc ponit admirationis causam. Denique eundem sensum indicauit Augustinus in illa celebratissima, Cur hunc trahat, illum non trahat, nōs iudicare finis vis errare. Nam trahere aquid Augustinus gratiam efficacem significat, & in eodem sensu tractat eamdem quæstionem Epistol. 107. a medio.

Secundum si velimus sententiam illam & doctrinam August. ad sufficien<sup>t</sup>em gratiam extendere, in rebus hoc etiam maximè cernitur, quia siue facientibus gratia quod in se est, siue non facientibus, non æqualis accedit, sed quibusdam, maior, aliis minor, propter arbitrii Dei, siue facta hominum æquale aint, siue inæquale. In hoc sensu loquitur Augustinus lib. 1. de peccat. merit. cap. 22. vbi proponit duos homines, alterum ab inuente pueritia modestum, moderatum, &c. alium flagitium, & facinoribus cooperatum, & nihilominus maior gratia isti, quam illi datur. Non dico (inquit) ut iste credat, ille non credat, (quod pertinet ad inæqualitatem in gra-

ū efficaci, sed ut iste audias, quod credat, ille uero audias, quod spectat ad inaequitatem in sufficientia gratiae. Ad utrumque uero gratiam tam efficacem, quam sufficientem pertinet, quod idem Augustinus lib. 2. de peccat. merit. cap. 13. dixit, *Cur auctem illam adiuuet, illam non adiuuet. adiuuet illam tantum, illam autem non tantum, istam illa, illam isto modo, pene ipsum est, & equitatis tam secreta ratio, & excellens sapientia est.* Cum hac autem meret voluntaria distributione gratiae, tam efficacis, quam sufficientis, stat optimè certa lex, ut facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam; quia per hanc legem, ut diximus, non obligatur Deus ulli dare gratiam, nisi facienti quod in se est, nec dare aequali omnibus facientibus quod in ipsis est, nec dare tantam, uel tantam gratiam facienti quod in se est, ideo nec dare statim, nec citius quam non facienti quod in se est, nec etiam tardius, quam alteri plus facienti, sed solum Deus non negare aliquo modo sufficientem facienti desinuit facienti quod in se est, quae lex non tollit omnem aliam libertatem.

*Negat.* Ad secundum argumentum negamus ex illo quod factū principiū, ut a nobis explicatum est, sequi, opus ex solo libero arbitrio esse initium mortaliū, vel salutis, quia licet ante primam gratiam mortaliū posset aliquis facere aliquid boni naturalis, ratione cuius dicitur facere quod in se est, illud donum opus non est initium salutis, quia nec est meritum, nec dispositio ad auxilium supernaturale, sed est tantum remouens noui peccati obicem, quod posset gratiam impediare: & ideo nullo modo est ratio, propter quam datur gratia, sed ex misericordia datur, præsertim cum in homino supponatur originale peccatum, ratione cuius est talis gratia indignus, hinc etiam per sacramentum datur gratia homini tantum attrito, non ex ulla merito, nec dispositio ex se sufficiente, ut infra videbimus, sed meret gratis, & nihilominus infallibiliter ex lege a Deo statuta propter Christum datur.

*Instans.* Ad primam autem instantiam, quae in eodem argumento fit, quia facere quod in se est, non potest esse conditio requisita ad gratiam, quin sit ratio, propter quam datur, respondetur in primis illis, quae non esse conditio sine qua non datur gratia, quia multis datus non facientibus quod in se est, sed solum est conditio sine qua Deus non teneret ex vi illius legis, vel in uerbi redēptionis Christi gratiam conferre, ut suprā notaū, & ideo cum Deus dat gratiam facienti quod in se est, non datur ita operis eius, sed intuitu Christi & misericordia sua, qua statutum beneficium illud omnibus non poterit obicem conferre. Ex quo etiam a ratio sumitur, quia bonum opus sic faciūt non inserviūt, ut sic dicam, in gratiam. Sed in han negationem resolutur, quod obicem non potest sola autem parentia obicis non est propria ratione gratiam obtinendi. Et ita non habet locū altera instantia ibi facta, faciem enim, sicut in prædestinatione non datur ratio eius, nec conditio sine qua non, ita nec in collatione primæ gratiae. Non potest autem fieri comparatio in conditio requisita ad obligationem promissioneis, quia Deus non promisit prædestinationem sub aliqua conditio, sicut promisit omnibus sufficientem gratiam. Quid si fieri comparatio inter præparationem totius gratiae, quae datur prædestinationis cum præparatione primæ gratiae sufficientis, prout ad omnes homines extenditur. Respondetur in hoc tantum seruari similitudinem, quod neutra voluntas, seu præparatio habet causam ex parte hominum, sed ex sola misericordia Dei: diuersem uero rationem in hoc inueniri, quod præparatio gratiae prædestinationis est

absoluta, & per decretum efficax, altera uero uersalis præparatio auxiliū est conditionata per voluntatem tantum inefficacem, seu antecedentem, quantum est ex parte Dei, vel si per hominem non fuerit; ideoque ad primam gratiam prædestinationis nulla ratio, vel conditio expectatur, quae non fit ab ipsa prædestinatione. Ad primam autem gratiam sufficientem quae non prædestinatis datur, potest requiri conditio non ponendū obicem, quia potuit Deus decernere non aliter eam dare aliquibus pro sua libertate.

Vnde cum dicitur eamdem esse rationem de primo gratia auxilio, quae de tota prædestinatione, respondetur id esse verum de primo gratia auxilio quod ex propriâ prædestinatione procedit, non uero de primo gratia auxilio quod ex generali voluntate salvandi omnes homines confertur. Cuius ratio est, quia gratia propria prædestinationis est prædestinationis efficax, quae non est promissa omni facienti, ratione gratia in se est, sed ex sola Dei voluntate præparata ex sola Dei voluntate, vel libro sequenti videbimus, & Dei voluntate præparata est per auxilium ordinis naturalis, vel illa etiam ratione quibus datur congrua & efficacia ex vi prædestinationis, & ita respectu totius prædestinationis non habet locum illa conditio, quia illa non est auxilia ex vi electionis & prædestinationis præparantur, quia prædestinationis non solum est radix beneficiorum gratiae ordinis naturalis, immo etiam naturalium beneficiorum, quae ad supernaturalem in se cum effectu conducunt, ut in prima parte ostensum est: vnde etiam fit, ut licet omnes prædestinati facturi sint, quod in se est, & quod optaret ad salutem, nihilominus non ideo prædestinati sunt, quia facturi sunt, sed prædestinatur ut faciant. Aliud vero est de prima gratia factum sufficiente, quae datur non prædestinato, nam illa non est absolute præparata omnibus hominibus, sed generatim tantum sub conditione, dum modo non ponant obicem, & multi non implent conditionem, & ideo tali gratia perpetuò carent: Alij vero implentes conditionem, illam recipiunt, non tam efficacem, sed tantum sufficientem, quia non ex prædestinatione recipiunt, nec aliter erat promissa, & nihilominus in eo quod aliquid boni faciunt, dum id, quod est in se, faciunt, aliquod beneficium congrue cogitationis vel gratiae ordinis naturalis omnino gratis, & sine illa præcisa conditione accipiunt, quod tamen non ex propria prædestinatione, sed ex generali prouidentia, vel natura, vel gratiae dimanat.

Et ita etiam procedit, quod in eodem argumento additur de vocatione, quod nulla eius ratio, vel conditio prævia postulatur ex parte hominis, est enim id verum maximè de vocatione efficaci, de quo loquitur Augustinus in locis ibi allegatis, ut ex dictis in primo argumēnto constat. Et eodem modo loquitur Prosper, agit enim de bona voluntate pia & conferente ad salutem: de vocatione autem sufficiente supernaturali, quae generaliter omnibus offeritur, uero est multis non offerit, nisi sub ea conditione, & ideo non dari, quia impedimentū ponunt. vnde si isti conferantur cum aliis non ponentibus obicem, quibus talis vocatione datur, licet utriusque prædestinationi non sint, aliqua ratio reddi potest illius comparationis, cur illis non detur sicut istis, scilicet quia illi posuerunt impedimentum: absoluta uero ratio cur istis detur, non potest dari nisi ex parte Dei & Christi, quia sola parentia obicis non est ratio obtinendi gratiam, ut dixi: præterquam quod etiam illud quod isti faciunt, ut non ponant obicem ex peculiari beneficio Dei præparantis illis vel cogitationem congruam naturalem, si tam facile sit opus, ut illa sufficiat, vel gratiam aliquam specialē naturalis ordinis efficacem etiā, seu

seu congruam ad illum proximum actum. Vnde hoc ipsum, facere, quod in se est, quatenus est a Deo voluntarie preparatum, nullam habet propriam rationem, vel conditionem ex parte hominis; etiam si non ex propria praedestinatione conferatur, sed ex vniuersali prouidentia naturae, vel gratiae quia modus etiam & ordinis prouidentiae omnino gratiae est a Deo institutus & ordinatus, sine via causa, vel conditione absolute prauisa, ex parte hominis, & ideo omne particulare bonum inde proueniens ad homines ex pura Dei misericordia, licet non sit propria gratia, nisi ad prouidentiam supernaturalem pertineat, ut supra dictum est.

¶ Argumen-  
tū tertium.

Ad tertium respondemus ex dictis facile patere posse sententiam a nobis explicatam longissimè a Semipelagianis distare; illi enim dicebant hominem posse suu arbitrio aliquo modo se preparare suis viribus ad gratiam, & ita aliquale meritum in operibus naturae ponebant respectu gratiae & voce-  
nis supernaturalis; & consequenter cogebatur dicere infusionem primae gratiae non esse liberalem donationem, sed aliquam retributionem, que omnia constant ex dictis in lib. 1. & supponuntur aperte in testimonio ibi allegatis, que superflue contra catholicam sententiam allegantur. Nam auctores eius nullum omnino meritum ante primam gratiam ponunt, nerationem in operibus naturae admittunt, quae mouere possit Deum ad dandam gratiam per modum dispositionis, vel congrua petitionis, vel aliquid simile. Necetiam ponunt illam legem per modum parti conditionati, inter Deum & nos, sed per modum liberalis misericordiae iam decreta & statuta a Deo, quod si in illa aliquod pacum interuenient, est respectu Christi Domini tantum, & respectu illius etiam potest esse vera iustitia in tali donatione, non quatenus sit peccatori, sed quatenus sit Christo, & est retributio meritorum eius, non recipientis.

¶ 3. Addo insuper tantum abesse, ut hic modus offrendi gratiam omnibus facientibus quod in se est, diminuat rationem gratiae, seu gratuitae donationis, ut potius limitet & angustet, (vt sic dicam) liberalitatem Dei in hac vniuersali gratiae largitione. Nam certe liberalius ageret Deus cum hominibus, si propter Christum absolute & sine via conditione decreuisset omnes in particulari sufficienter, & proxime vocare ad fidem, etiam si ex parte ipsorum hominum peccata praecederent, & multiplicarentur, quia hoc modo ad plures talis gratia perueniret. Nunc autem, quia effectus ita ostendunt non ita decreuisse, & circa aliquos ita se gesisse, quia illos vocat, etiam si nihil fecerint boni, sed potius multa peccata commiserint, alios vero propter peccata non ita vocare recte intelligimus circa priores liberaliorem existit Deum, & hancesse vnam ex profunditibus prouidentiae eius, quam Augustinus saepe miratur. Ergo signum est, quod promissio gratiae sub illa limitatione faciendi quod in se est, ad eum sicutem tantum posita, ut homo non ponat impedimentum gratiae non ministrationem gratiae in ratione doni gratuiti, sed faciat ut tale donum gratuitum non tam effusè communicetur. Ideo quando Deus differt per aliquod tempus hoc donum, non expectat ipsum hominem, ut aliquid faciat, quo gratiam promereatur, ut Semipelagiani putabant, sed potius homo expectat Deum, ut sui misereatur, quia Deus suo arbitrio, & ad ostensionem gratiae sua differt gratiam, suam quando & quantum vult, & nihilominus ab homine exigit ut interim impedimentum non ponat, quod rigoris potius est, licet iusti quam liberalitatis.

¶ 4. Promissio gratiae ad quem finis posita.

Differat Deus gratia suam in quantum vult, pro suo arbitrio.

Quartum argumentum non indiget noua solutione, cum enim ostensum sit, non esse contra rationem gratiae, ut certa lege offeratur omni facien-

ti, quod in se est, ad non ponendum obicem eidem gratiae, manifestum est legem, vel promissionem factam dicto modo propter merita Christi non pugnare cum gratia Christi, inquit esse maximè meritis & muniberibus eius contentaneam. Nam cum ipse sit vniuersalis Redemptor quoad sufficientiam, debuit omnibus mereri & obtinere sufficientiam auxilia gratiae ad salutem, & remissionem peccatorum obtinendam, sed non obtinuit, ut omnibus adulti actu darentur talia auxilia, cum hoc non fiat, ergo obtinuit saltem, ut darentur omnibus non ponentibus obicem, & consequenter, ut omnibus offerentur, sub ea saltem conditione, si facerent quod in se est, ne tacitum eiudem gratiae impiderent. Nec dubitari potest, quin totum hoc potuerit cadere sub merito Christi, nam potius illa de sufficientia erant ad obtinendum, ut omnibus etiam iniquissimis & rebellibus darentur talia gratiae, de facto autem propter rationes dum a prouidentia occultas, holus merita sua ad hoc abundantem obtinendum ordinant, sed cum illa tantum limitatione, ut satis declaratum est. Neque ex hac lege in dicto sensu lata sequitur homini faciem quod in se, deberi ex vi talis legis, ut iam satis declaratum est, quia solum respectu Christi includit lex illa debitum iustitiae, respectu vero hominis peccatoris ex sola misericordia, certa lege decreta propter Christum datur.

Ad quintum negatur sequela, nimirum gratiam esse pedissequum liberi arbitrij, seu obedientiae humanae, quia licet possit aliqua bona operatio naturalis antecedere non solum natura, sed etiam tempore infusionem primae gratiae exortans, nihilominus illud bonum opus non est meritum, nec ratio obtinendi talis gratiam, sed solum deseruit ad non ponendum illi obicem. Hoc autem non latit est, ut dicatur gratia subsequi ex naturali bono sibi liberis arbitrii, nec ut gratia dicatur esse pedissequa obedientiae humanae, nam, haec verba significant consequentiam causalem, id est, ut gratia sequatur ex obedientia humana, ut ex ratione & merito vel aliqui causa eius, quod verum efficiat potest, nec sequitur ex dicta sententia, sed solum sequitur quod secundum ordinem temporis, ante impulsum supernaturalis gratiae praecedere possit aliquis bonus morus naturae, & quod hic bonus possit esse necessarius ad non ponendum obicem gratiae, quia iusto iudicio Dei pro aliquo tempore interdum differtur, & quando postea datur ei, qui obicem non possit, ex pura misericordia datur, non quia sequatur, vel debetur propter opus eius. Testimonia autem in illo argumento allegata de operatione pia, & meritoria aliquo modo apud Deum supernaturalium donorum intelliguntur, ut lib. 2. latè diximus, & de illis verum est, nec ordine naturae, seu causality posse procedere gratiam, sed subseque, quia non sunt causa proxima gratiae, sed effectus, & consequentiam verum est nec ordine temporis posse tale opus primam gratiam antecedere, id est, cum causa debet prius existere, quam effectus. Vnde ad ultimam rationem ibi politam, facile etiam respondeat ex dicta sententia non tolli necessitatem gratiae prouidentis, nam haec semper necessaria est ad opera pietatis, & meritoria apud Deum, etiam si aliquod bonum opus naturale possit sine illa & ante illam praecedere. Quia tale opus nec tollit necessitatem prouidentis auxiliij, ut verum rationem gratiae in eo impedit, nec denique tale auxilium dicitur prouidentis, quia ante illud nullum bonum opus praecedere possit, sed quia nullum opus pietatis, seu quod possit esse meritorium, vel rationis auxiliij, illud potest antecedere, quod autem praecedat opus iuuans solum ad non ponendum obicem.

obicem tali auxilio, nec necessitatem eius tollit, nec alunde repugnantiam, vel aliud inconveniens inducit.

Ad sextum, in quo inferebatur Deum expectare voluntatem hominis, iam latè responsum est in cap. q. 9. pte precedente, negando sequelam, quia potius homo expectat voluntatem Dei, quam Deus ex voluntate pectet voluntatem hominis; nam per legem illam utio. non negandi gratiā facienti quod in se est, non obligatur Deus ( vt dixi ) ad non dandam gratiam, huius si velint, homini nondum facienti, quod in se est, precedentem sed etiam facienti contraria, quod facere potest & debet, sed solum non obligatur dare suam gratiam excitantem ponenti obicem, scilicet sapientiam, & ideo re vera non expectat voluntatem hominis. Quod si interdum differt conferre talem gratiam, non est, quia expectat voluntatem hominis, sed quia non tenetur dare illam, quām cūtissimē potest, & pro suo arbitrio disponit tempora in quibus daturus est illam; interim tamen, dum illam non confert, non vult ex parte hominis impedimentum, quod magis pertinet ad rigorem & gravitatem restrictionem, quām ampliationem, vt declarauit; ideoque licet Deus aliquibus differat gratiam conferre, & tandem illam eis conferat, si non ponant obicem, faciendo quod in se est, non ideo in eius ratio gratia destruitur, quia nunquam datur ex operibus eorum, vt putabant Cassianus & alii Massilienses, sed dat ex universali misericordia sua, quia vult omnes homines salvos fieri. Illa ergo argumenta impugnant recte illam propositionem intellectam in sensu Semipelag. qui erit proprius sensus causalis, scilicet quia homo facit per liberum arbitrium quod in se est, id est, aliquid boni, ideo Deus illum supernaturaliter vocat, seu dat illi primam auxiliarem gratiam supernaturalem, non vero impugnant illam intellectam in sensu pure conditionali, in quo conditione nullam rationem meriti, vel causa includit, sed solum obicis gratia negationem, vt satis declaratum est.

## CAPUT XVIII.

Quid Augustinus senserit de sufficienti auxilio, an omnibus adulteris detur.

Quamvis in superioribus capitibus definitum sit, Deum ex parte sua dare omnibus hominibus adulitis auxilium actuale sufficiens ad salutem, & interdum doctrina Augustini id confirmatur; quia vero eius auctoritas in hac præcipue materia magna est, & aliqui contendunt, longe alter illum sensisse, necessarium visum est, hoc punctum separatum tractare, mentemque Augustini diligenter inquirere, vt veritas, quam ostendimus, non solum auctoritate eius non obscureretur, verum potius confirmetur.

Primum ergo Augustinus videtur interdum docere post lapsum Adz, negare Deum omnibus reprobis auxilium sufficiens. Primum testimonium sic lib. i. de corrept. & grat. cap. ii. vbi distinguens duplex auxilium, vnum quo homo posset salvari, si velint, id est sufficiens; aliud, quo non solum posset, sed etiam velint, id est efficax, subiungit illud prius datum esse primo homini in statu innocenciae, & Angelis etiam malis in sua creatione. Alius ( inquit ) quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuina adiutorio posset permanere, si vellet, non utique sua culpa cedidissent. Adiutorium quippe defuisse, sine quo ma-

nere non possent. & adiungit: Nunc autem quibus deest talis adiutorium iam pana peccat est. In quibus verbis avertit docere videtur, nunc proper peccatum originalis aliquibus non dari adiutorium, quo possint salvari, si velint, id est sufficiens. Qui autem illi sint, explicat, dicens: Quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum, & tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrum, quibus id datur Deo placuit, vt non solum adiutorio quo permanerenon possamus, etiam velut, verum etiam tantum, actale si vt velimus. in quibus aperte declarare videtur, solis predestinationis hominibus dari gratiam, qua possint salvari, & velint? aliis vero neueram dari, nam quibus datur ( inquit ) gratia, qua possint, si velint, datur etiam vt velint: ergo è contrario quibus non datur vt velint, nec etiam datur gratia, qua possint, si velint.

Secundū

non alteri, sed vni dari congruum, & non alteri, quod longè diuersum est. Vnde in lib. 2. de peccat. merit. capite 17. cùm dixisset homines nolle facere quod iustum est, quia vel illud ignorant, & non innotescit, vel quia non sit suae per gratiam, statim subiungit, *Quia quid non adiuvantur, in ipsa causa est, non in Deo*, quibus verbis aperte supponit auxilium sufficiente, possuntque tam ad proximum, quād ad remotum applicari, aliter autem & aliter, nam multis per gratiam sufficientem innotescit, sique suae, quod iustum est; & nihilominus non ita iuvantur per gratiam ut faciant, quia ipsi nolunt cooperari. & tunc licet illis satis innotescat, quod est iustum, non tamē congrue, vel licet fiat suae, adhuc tamen pro sua indispositione eis appetere difficile: possintamen si vellet, cum solo illo auxilio praeueniente iustum operari, si vellent; nam auxilium cooperans illis est paratum. Alijs autem saepe nondum innotuit, quod latebat; tamen per eos stat, vt non reueletur, & ideo auxilium saltem remotum accipiunt, licet proximam vocationem aliqui non accipient, de qua in ultimo loco citato Augustinus loquitus est.

24.  
Respon-  
derur ad  
quartum.

Circa quartum argumentum multi tribuunt Augustino quid senserit eos, qui in Scriptura obexcari & indurari dicuntur, ita deserit, ut sufficiente auxilio ad salutem, vel ad non peccandum prouidentur, quia dicere solet Deum excare & obdurare peccatorem, eum deserendo, & non adiuando, ut habet in tractatu 53. in Ioann. Sed immerito hoc ei generaliter tribuitur: nam eodem tractatu de Iudeis inquit, *dictum esse non poterant credere, non ex defectu poteſtatis, sed ex preſentia*. Et infra dixit, *ut nemo audeat liberum arbitrium ſic defendere ut nabis orationem qua diximus, ne nos inferas in tentationem, conciter offerre, rurſu ne quisquam nege voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum*. quod ultimum verbum praeſenti puncto valde conſiderandum est. Nam si illi obduri carerent auxilio sufficienti ad evitanda singula peccata, excusandi eſſent à peccato, quia non poſſent vitare illud, & nemo peccat in eo quod vitare non potest, iuxta doctrinam eiusdem Augustini in locis proximè antea citatis. At hæc excusatio absurdè & omnino cauenda eidem Augustino vifa est, & merito, nam Christus de eisdem Iudeis excusat & obduratus dixit Iohannes 15. excusationem non habere de peccato suo, & Paulus Rom. 1. dicit Gentiles fuſſe inexcusabiles & morte dignos, etiam si de eisdem dixerit esse datos in reprobum ſensum, & capite 2. de homine obdurate dixit, *Tu autem secundum duritatem tuam, & impotens cor theſaurizatibi iram, &c.* ergo necesse eſt fateri hos non caruisse aliquo modo ſufficientis auxilio. Vnde in eodem loco Augustinus post verba citata subiungit, *Audiamus Dominum & precipientem & opitulantem & iubentem, quid facere debeamus, & adiuvantem ut implere poſſimus*. Intellexit ergo Augustinus hanc potestatem etiam obduratis non omnino negari. Idem ſumitur ex eodem Augustino libro 5. in Julian. capite 3. vbi de eisdem excusat Iudeis ait, *Ita cætas fuit Iudeis grande incredulitas malum, & grandis cauſa peccati ut occiderent Christum*.

25.  
Origen.  
Chrysost.

Regula ergo generalis de his induratis etiam secundum Augustinum eſt, Deum non denegare illis auxilium ſufficiente, quæ etiam eſt communior doctrina, ut ſupradixi & optimè conſirant Orig. 3. Periarch. capite 1. Chrysotom. Hom. 67. in Ioann. & alij Patres, ut alibi latius dixi. Maior verò difficultas eſt in altera parte obiectionis de ſpeciali exceptione Pharaonis, quia illum à peccato excusat Augustinus citato loco. Nihilomi-

nus re ipsa ſpectata certum videtur non poſſe excari, quia non carebar ſufficienti motu ad cognoscendum præceptum, & libertate ad obediendum, alijs cur toties illi ex parte Dei, & ſub grauiſſimis combinationibus præcipere, ut populum Dei dimitteret, & quod amplius eſt, ipſe ſuis verbis fatetur peccatum ſuum Exod. 9. dicens, *Peccavi etiam nunc, Dominus influs, ego autem, & populus meu impij*. & Scriptura id conſirat paulo interius, dicens, *Videns autem Pharaos quod regnaret pluia, & grandis, & tonitrua, auxit peccatum, & ingrauatum eſt cor eius, & induratum nunc, quæ verba etiam ostendunt Pharaonem tunc libere operatum eſſe, & cum potestate non faciendi. Vnde in capite 10. dixit ad illum per Moylen Dominus, *Vſquequid non viſ ſubiici mihi? dimittit populum meum, &c.* Si autem reſiſtit, & non n, &c. quæ omnia aperte includunt ſufficientem vocationem ex parte Dei, & potestatem ex parte Pharaonis ad obediendum. Vnde in eodem capite, ipſe iterum fatetur, *Peccavi in Dominum Deum regnum, & in vos*. Non eſt ergo dubium, quin Pharaon in illa obduracione grauiſſimè peccauerit. & hac eſt communis Patrum ſententia, quam latè & bene expendit Orig. ſupradixi & Chrysotom. Chrysotom. Hom. 16. in ad Rom. vbi ait, *Pharaonem vocavit Paulo vas ira, quia erat bonum ait Dei accendens, pr suam duritatem, quia Dei lenitatem ingenerat natus, melior nequaquam euadet, sed incorrigibilis manabit, & infra, neque Deus quidquam omisit eorum, que ad illius correctionem, emendationemque facerent, ne illi quidquam omisit eorum, que ipſum perderent, omnique venia priuarent. & in expofitione Psalmo centesimo decimo octavo circa verba illa, *mercifici superitos, inter eos, qui aduersus Deum feci extulerunt, priuatum ponit Pharaonem, de quo ait, inſolentia eſſet in mari iubro interit. & ſimiliter de illo ſenior Hieronymus epift. 48. ad Sabiniam, & in epift. 110. ad Hedibiam q. 10.***

Denique, ut alios omittam, etiam ipſe Augustinus alii in locis euidenter hoc docuit, nam quæſtione ſexagesima octava ſæpe allegata ex libro octauaginta trium quæſtionum dicit, habuſſe Pharaonem vocationem, cui obtemperare noluit, non dicit non poterit sed noluit, utique cum velle poſſet, quod per malitiam feciſſe oſtendit, adiungens, ſed exercit crudelitatem in eis, quibus humanitas, & misericordia debebatur; & ferme oſtuaq[ue]l[lo]m octavo de tempore, ex professo explicat obduracionem Pharaonis, & in principio refert, aliquos dicere intraſe, *Cur iniquitas illi Pharaoni imputatur, cum Deimus cor illius induratus reſeratur?* ipſe vero v[er]o v[er]o defendat merito illi imputari, ait, indurationem illam, non Dei potentiam, ſed patientiam induxit. Denique ait, *quotiescumq[ue] Dei plaga perceruit, afflitus penituit. At rbi ei remiſſio illa indulgentiam dedit, ſicut u[er]o in ſuperbiā elatus erexit. Et infra, Nemo cum Paganis, aut Machichiis iuſtiūm Dei reprehendere, aut culpare p[ro]fana, ſed certissime credat quod Pharaonem non Dei violencia, ſed propria iniquitas, & indomabilis ſuperbia contra Dei precepta toties fecerit obdari. & infra ait quid Pharaon per decem plagas compulſus eſt facere, per primam po[te]ntiam facere, Tunc (inquit, ſic dicit), post dimiſſum Hebreorum populum, penitit Pharaon quid vivat & euafisse eum tanta eius ſcelera non ſufficiat, ut qui in tantis plags nullam emendauerit culpani.*

Et quæſtione 18. in Exod. dicit, *ut tale cor habet Pharaon, ut quid patientia Dei non mouereatur ad pietatem, ſed potius ad impietatem vitij proprii ſit. Nec intelligit fuſſe tantum vitij, quod tunc committet, quando ſuo vitio tam maligne iuſſionibus Dei refitebat, ut ibidem ſubiungit; quod verò ibidem ait Pharaonem dici induratum, quia inſtlexibilita*

in flexibilius resistebat, non flexibilius consentiebat, non significat inflexibilius. id est, necessariò, sed pertinaciter & contumaciter: vel potest etiam facere sensum compositum in ordine ad præscientiam Dei, qui præsciebat tam prauè fuisse affectum Pharaonem, ut non esset flectendus omnibus illis signis, & nihilominus illa fieri voluit, qui eum obdurandum præsciebat, & permittebat, & quæst. 24. ita non tantum signa à suis incantatoribus facta, fuisse occasionem Pharaoni obdurations suæ, sed etiam patientiam Dei, quia illi interdum parcebat, ubi expondo verbum parcebat, nam aperte supponit culpam in resistencia Pharaonis, quam statim vocat perseverantiam in malo, & adducit illud Roman. 2. ignoras, quia potest Dei ad penitentiam te adducit, & autem secundum dirittiam tuam, & impenitentiam cor thesaurizas tibi iram in die iræ. intelligens hoc ipsum accidisse Pharaoni, ac subinde peccasse, non enim thesaurizatur ita in die iræ, nisi aggrauando & multiplicando peccata, & quæst. 29. ponderat illa verba Exod. 8. ignorauit Pharao cor suum, quibus significari vult voluntate sua libera id fecisse, quia haec est, inquit, radix vitiorum.

Quid ergo dicendum ad verba illa propositio-  
nis 62. in epist. ad Roman. In primis potest Au-  
gustinum alii in locis retractasse illam sententiam:  
At obstat, quilib. 1. Retract. cap. 23. quædam alia ex  
illo libro cōtrahit, & hoc tacer, unde virtute confir-  
mat. Imò eamdem propositiōnem 62. recognoscens  
approbat quod dixerat, obdurations esse pos-  
sunt præcedentium peccatorum. Referrat enim ibi  
se dixisse perobdurations relinquere Deum ho-  
minem ut male operetur, quomodo autem, aut  
quantum illum derelinquit, & an obdurations male  
operetur, ita ut ei impluitur, nec ne, ibi non expli-  
cat sed nihilominus dicendum est, quidquid sit de  
fensi illius loci, alia, quæ plura sunt, & magis elab-  
orata, præferenda esse, præsertim, quia liberum  
illum super ad Romanos scripti initio sua con-  
uerionis, antequam esset Episcopus, & non ma-  
gnus diligentia, sed prout fratribus interroganti-  
bus respondens occurrebat, ut ipse dicit dicto  
cap. 23. lib. 1. Retract. quod autem ibi verbum illud  
non emendauit, potuit casu & per inaduentiam  
accidere.

Addo verò si omnia verba Augustini pensentur,  
aliquam forè posse admitti non impossibilem in-  
terpretationem: cùm enim dixerit obdurations esse  
cor Pharaonis, cùmque obdurations fuisse ex iu-  
dicio Dei retribuentis incredulitati eius debitam  
ponam, subiungit, non ergo hoc illi imputatur, quod tunc  
non obtemperaret, quandoquidē obdurato cor de obtemperare  
non poterat, sed quare dignum se præbuit cui cor obdurations  
priori infidelitate. Ex his ergo verbis colligo illam im-  
potentiam obtemperandi, de qua loquutus est Au-  
gustinus, non fuisse absolutum, nec ex denegatione  
auxilii diuini, sed fuisse compositum, & ex sup-  
positione infidelitatis, & incredulitatis. Dum enim  
Pharaon in sua incredulitate persistebat, non poter-  
at obediens Deo præcipienti dimittere populum suum, ut sibi sacrificaretur. Quomodo enim obediret  
ei, in quem non credebat? quia ergo erat in sua in-  
credulitate obdurus, & obfirmatus, illa disposi-  
tione supposito non poterat obediens. Non erat autem  
ita deficitus auxilio ad credendum si veller, quin  
infidelitas eius ad peccatum imputaretur, quia re ve-  
ra sufficienter vocabatur, saltem ut posset attende-  
re magnitudinem signorum, & non posse ob-  
sidere maioribus auxiliis internis Dei. Ex ideo infide-  
litatis illi fine dubio culpabilis in eo fuit, tamen illa  
supposita necessitate quadam saltem morali seque-  
batur inobedientia circa præceptum dimitti po-  
pulum, & ideo dixit Augustinus non potuisse obe-  
dire cum esset obdurus priori infidelitate.

Fr. Suarez de Gratiæ Pars II.

Dices: hoc non facis fuisse, ut illa inobedientia  
Pharaoni non imputaretur ad notam culpam,  
quia suppositio illa libera erat, & liberè durabat,  
potuissitque illam Pharaon tollere, si voluisset: talis  
autem suppositio non excusat à noua culpa actum  
prauum subsequenter, etiam si necessariò ex illa  
sequatur: ut licet ex prava intentione finis necessariò  
sequatur acceptatio vniuersi medij, etiam prava,  
non excusat à noua culpa talis eleſio, vel accep-  
tatio, quia semper est in potestate hominis talem  
intentionem tollere.

Respondetur hoc non esse certum, sed sub con-  
trouersia, aliqui enim putant in subseqentia actu  
non esse nouam culpam, sed totam ponendam esse  
in ipsa intentione, & in perseverantia in illa, & po-  
tuit Augustinus in illo sensu loqui, que alia questio  
nō est pertinens ad punctum de sufficientia auxilio,  
quia non obstante illa impenitentia & illo genere ex-  
cusationis poterat Pharaon habere iusiciens auxilium  
saltem emotè ad credendum, & consequenter ad  
obedientium. Deinde dici potest, cùm Augustinus  
sit non imputari ei, quod tunc non obtemperat,  
non ideo dixisse, quia non fuerit dignus speciali  
pena propter illam inobedientiam, cuius contra-  
rium alij locis docet, sed quia attendendo ad radice-  
m, & causam inferentem quandam necessitatem  
non obtemperandi, illa erat tota ratio talis culpe,  
& ratione illius recte imputabantur.

Quinta obiectio sumebatur ex illo axiomate, 28.  
Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab ipso, de quod Responde-  
suprà cap. 2. dictum est, intelligendum esse non so-  
lute argu-  
lum de desertione quoad habitualem gratiam; sed mento quia  
etiam quoad actuale auxilium. Et in primis ex illo-  
met principio accepimus, hominem priusquam  
deserat Deus; habere ab ipso auxilium sufficiens;  
vt possit ipsum non deserere, quia si prius homo  
carcerer auxilio sufficiens, eo ipso esset deserens, nec ipso.  
verò dici posset deserere Deum, cùm in eius potesta-  
tē non esset ad illum conuerti, vel illi obtemperare:  
deserere enim dicit liberum recessum ab eo, non est  
autem liber recessus, ubi potestas accedendi deest:  
hac autem potestas est per auxilium sufficiens, er-  
go necesse est ut homo priusquam deserat, tale ha-  
beat auxilium. Unde illa propositio quatenus for-  
maliter negativa est, regulam continet in fallibilem  
quod Deus quoad auxilium sufficiens, non deserit  
eos, qui ipsum nō deserunt, quia hoc est, quod for-  
maliter in illa pronunciat, & ideo ad veritatem  
opus est necessarium, & quia duæ negationes vir-  
tute affirmant, ibi etiā continetur affirmatio, quod  
Deus de sè omnibus præbet auxilium sufficiens. At  
verò alia affirmatio quæ ibi etiā videtur virtute  
inclusa, nimirum Deum deserere hominem, qui  
prius ipsum deserit, intellecta de actuali desertio-  
ne, non est ita vniuersaliter in fallibilem in omni ge-  
nere desertionis; aliter enim vera est in desertione  
per ablationem gratiæ habitualis, aliter in desertio-  
ne per negationem actuali auxilio. Nam in  
priori desertione fallibilis regula est, Deum dese-  
rere per ablationem gratiæ habitualis eum, qui  
per mortale peccatum ipsum deserit, quia pecca-  
tum mortale oponitur tali gratiæ, & ideo lege certa  
statutum est, ut qui deserit Deum peccando  
mortaliiter, deseratur ab ipso, amittendo charita-  
tem, ac filiationem diuinam, & cum proportione  
qui deserit Deum per infidelitatem, seu hæresim,  
deseritur per ablationem habitus fidei, & in spe-  
cificiliter proportione: sed, ut dixi, non est hic sensus  
intentus in illa proportione, sed de actualibus au-  
xiliis.

Vterius ergo distingui potest illa propositio 29.  
de desertione quoad auxilium concomitans, Distingu-  
vel præueniens, & de vtroque intellecta est à Pa- tur propositi-  
onibus, estque verissima, nam vtrumque au-  
xilium de de-  
sertione

300  
quoad auxilium concomitans, & praeuenientias.

*August.* sit per modum gratiae actualis specialiter adiuuans. *Concil. Trident.* sive per modum concursus. Nam, ut supra dicitur, De auxilio cui, de hoc etiam auxilio verum est, Deum de se concomitans esse ad tribuendum illud. Vnde sit ut ne tante quid mini actu negetur, nisi per ipsum stet, ac proinde neminem, quoad hoc auxilium, deferere Deum, nisi quia ipse desererit Deum. Duobus autem modis intelligi potest, Deum non dare hoc auxilium. Primo, quia nec actu dat, nec paratus est illud dare. Secundo, quia licet Deus de se velit dare, nihilominus actu non dat. Prior modus, absolutè loquendo, non habet locum, ut dixi, quia Deus de se paratus est adiuuandum omnes, si tamen contingat hominum carere auxilio praeueniente & excitante necessariò ad operandum, Deus pro tunc non erat expositus ad concurrendum cum illo, quia ille non habet potentiam proximam ad operandum, & Deus non offert suum actuale auxilium, nisi supposita potentia sufficiens ad operandum, ut in omnibus etiam causis secundis manifestum est. Tunc vero homo caret tali auxilio praeuenienti, & quoad illud defertur, quia ipse desererit Deum, ut statim dicemus; & ita de primo ad ultimum etiam caret concomitante auxilio, & quoad illud etiam defertur, quia prius ipse desererit Deum aliqua culpa, propter quam praeueniente caret, ac priuatus est.

Posterior autem modus locum habet in homine iam praeuenienti per auxilium sufficiens, qui est proxime potens ad operandum, si velit: quoties autem actu non operatur, Deus illi non praebet actu adiuuantem, seu cooperantem gratiam, aut concursum. Radix autem & causa huius negationis etiam est ex parte hominis, nam cum Deus de se sit expositus ad iuuandum, ideo non actu iuuat, quia per hominem stat, vnde quoad hoc etiam est infallibilis regula, Deum deferere hominem, non conferendo illi talenti concursum actualem, quia homo quodammodo deserit ipsum non cooperando gratia eius. Hoc vero deserto per se non extenditur ad futuras operationes, vel tempora, sed tantum ele pro eo tempore & momento, in quo homo non operatur, nam licet tunc homo non consentiat, Deus paratus manet ad iuuandum illum postea, si consentire velit, & ideo illa non est propria deserto, sed mera negatio praesentis auxilij; & ita exultimo intelligenda esse verba Prospere ad obiectum. *Vincent. in 15. Nemini Deus correctionis admittit viam, nec homi possibiliitate deponit, quia quis se a Deo auerrit, ipse & vele quod bonum est, & possibile sustulit.* quod verbum vel in sensu composito intelligendum est, quia dum vult male operari, non potest conuerti, vel cum hac limitatione, quantum est de se, nam ex parte Dei nunquam auferatur possiblitas, ut idem Prosperus dixerat.

*Difficultas.* Dices in hoc concursu, vel adiutorio actuali, vel cooperante, simul cooperantur Deus & homo, ut praecedenti libro dictum est; ergo etiam negatio influxus simul est ab utroque: ergo non magis potest tribui homini, quod Deus illi negat concursum, quia ipse deserit Deum, suam negando cooperationem, quam è contrario, quia ex neutra parte est prioritas. Et confirmatur, quia alias quando homo operatur assentiendo gratia excitanti, dici etiam posset Deum iuuare hominem, & cooperari cum illo, quia ipse suum influxum tribuit, quia oppositorum eadem est ratio:

consequens autem non potest admitti, alias adiuuans gratia esset pedissequa liberi arbitrii, & influxus Dei esset posterior natura, quam influxus causa secunda, quod est impossibile, ut supra vobis est.

Respondeatur ad priorem partem negando consequentiam, quia licet in ipso actu influxu cooperante Deus & homo simul influant & tempore, & natura, nihilominus Deus antecedenter offert suum adiutorium, & ex parte sua voluntatis ita est paratus & expositus ad concurrendum & iuuandum, ut solum expectet cooperacionem hominis ad actualiter influxendum, & ideo negatio actualis influxus non illi, sed homini merito tribuitur: nam Deus ex se vult concurrens & adiuuare, non tamen absolutus, sed sub conditione, si per hominem non stererit, quia conditione non impletur, & quod non impletur, homo in causa est, non Deus. Vnde licet inter alias negationes non sit propria causalitas, & consequenter nec propria prioritas natura, ideo tamen est potest una ratio alterius, ideo enim Deus non influat actu, quia ex parte hominis non completeur necessaria conditio. Et quia quod in tempore Deus non facit, vult etiam non facere, ideo aeterno habuit voluntatem absolutam non iuandi eum, qui non se adiuuat, & hoc est deserendum quoad hoc auxilium. Hec autem posterior voluntas est consequens ad praesentiam futuræ existentie, vel negligientia ex parte hominis, & ideo non est contraaria priori voluntati antecedenti, nec est sine causa, seuatione ex parte hominis.

Vnde non est eadem ratio de carentia actionis, quæ de actione ipsa, nam ad non influendum homo sufficit, & ita potest esse proxima ratio, ob quam Deus non influit, & potest inter alias negationes intelligi aliqua prioritas sicut ratio cum fundamento in re, quæ in presenti sufficit. Secus vero est in potuia actione, in qua & causa secunda à prima, & liberum arbitrium à gratia essentialiter pendent, & nullo modo est causa illius, & ita nec est prior tempore, nec natura, nec intelligi potest in aliquo signo operatio hominis sine concursu Dei, licet neque hic praetendat cooperationem hominis, sed sunt omnino simili. Et ita ad confirmationem negatur sequela, quia non est eadem ratio in negatione actionis, quæ in ipsa actione, videtur declaratum est, quia negatio est imperfectio, actione vero perfectio, & ideo non quæ pendet à Deo, sed bonum ex integra causa, malum ex quocunque defectu, sic ergo in auxilio concomitante axioma illud verificari potest, etiam Deus de se numquam homini denegat auxilium sufficiens.

Venio ad auxilium praeueniens, de quo possimè Augustinus loquitur: hoc autem auxilium, (ut supra dixi,) non est nisi excitans, quod potest esse vel congruum, seu efficax, vel incongruum, & tantum sufficiens. De quo prioriter possumus hic exactè dicere, quia nondum quid illud sit, vel quomodo detur, declaravimus, & ideo possumus punctum hoc in librum sequentem remittere. Quantum vero ad soluendam obiectum, dicimus in primis dictam sententiam. Deus nimirum deserit, nisi prius deferant ab ipso, non habere locum generaliter in vocatione congrua, seu gratia praeueniente efficaci, quia sicut Deus non dat illam, licet ex parte hominis culpa non praecesserit, ut quintum argumentum, ad quod respondemus, & inducendo de Angelis & Adamo probant. Idemque est in omni prima vocatione, quæ omne peccatum antecedit, & nihil.

nihilominus est inefficax. Dicunt vero aliqui, saltem in homine lapsi semper illam posse carentiam originali culpæ attribui. Veruntamen etiam id dici non potest, quia homines lapsi non possunt semper dici carere hoc auxilio efficaci, propter peccatum originale, nam semper post illud remissum, imò post longum tempus iustitia & sanctitatis cadit homo in peccatum mortale, & non recipit auxilium efficax ad vitandum illud: ergo non est necessarium ut praecedat desertio Dei ex parte iusti, ut non decurri et hoc donum. Et ratio est, quia nemini est debitum ex iustitia propter opera priora, & magis a priori ratio est, quia Deus satis prouidet homini per auxilium ex parte sua efficax, & ab ipso homine sit in efficax, ut supra dictum est.

Deinde dicimus negatiuam propositionem virtute inclusam in illo dogmate intellectam de actuallia desertione Dei quoad hoc auxilium non esse necessarium, nec generaliter veram, quia sepiissime Deus efficaciter vocat & trahit homines perditissimos, qui prius ipsum deseruerunt, etiam pertinacissimo, & obdurate corde, quia, ut Augustinus dixit, efficax gratia a nullo duro corde rejicitur, quia ad hoc datur ut cordis duritia penitus auferatur, nec cogitur Deus ad non dandam hanc gratiam desertori cuiusque, quando & quomodo voluerit, quia nec illa leges esse ad hoc obligavit, nec repugnat potentia, vel bonitati eius, imò in hoc maximè ostendit gratiam suam, qua vius est ad Nacobuchodonosor Dan. 4. & non cum Pharaone Exod. 14. sed in simili ferè cause unum efficaciter vocavit, alium minimè, planè ad ostensionem gratiæ sua, ut Augustinus libro de Prædest. & grat. capite 15. & 16. accuratè expendit. Nihilominus admissum in sensu, (ut ita dicam) potentiali veram esse illam propositionem negatiuam, quia qui Deum offendendo deserit, de se dignus est, ut priuatur cogitatione congrua, & efficaci: & similiter qui sapienter refutat sufficientibus vocationibus Dei, non meretur efficacem accipere. Et de facto verisimilium est, Deum sèpe hoc modo deserere eos, qui se deserunt, ut sumitur ex Augustino dicta quæst. secundo ad Simplician. epistola 105. & alijs plerisque locis. Vnde hoc totum potest in illo dogmate comprehendendi, crediderimusque ab Augustino & Patribus etiam esse intentum, & hæc videri possunt satis ad responsonem quinti argumenti, quia non oportet dogma illud de sufficienti auxilio intelligere, aut in eo etiam verum esse, cum de auxilio efficaci tam concomitante, quā præuenientie verissime & sufficientissime intelligatur, & ex mente sanctorum Patrum explicatur.

Aug. 12. Nihilominus tamen etiam de auxilio sufficienti intellectum illud dogma quoad affirmationem in illo inclusam potest verum sensum habere, si Deus neminem deserenter se omni auxilio sufficienti priuet. Nam, ut supra diximus, auxilium sufficienti dupliciter datur, scilicet proximè & remotè. Item auxilium quod remotè sufficit, necessitatis est, ut ad aliquid aliud proximè sufficiat, quo mediante remote dicatur aliud sufficere, unde etiam fit, ut in talibus auxiliis perueniendum necessario sit ad aliquod primum quod sit proximè sufficientis ad primum medium, seu opus, aut effectum necessarium ad salutem, quæ omnia ex dictis satis constant. Dico ergo in primis, quandiu homo in hac vita ratione vtitur, & liberè operari potest, etiam si millies deseruerit eum, nunquam ita deserit, ut non possit a peccando cessare, & quodlibet peccatum in particulari occurrans moraliter euitare. Ratio est, quia nec peccatum præsens excusationem habet

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

proper præcedentia, nec posset imputari, si homo non haberet sufficiens auxilium, quo illud possit vitare; ergo in hac vita nunquam desiruit homo tali auxilio, occurrente occasione vitandi peccatum, aut seruandi præceptum. Consequentia clara est, utraque autem premisa probata est late suprà tam Scripturam, quam doctrinam Augustini, & videri potest Ballarm. libro secundo de grat. & libero arbitrio, capite septimo, vbi addit hoc auxilium interdum posse esse immedietè sufficiens ad non peccandum, aliquando vero solum medietè, utique intercedente oratione.

Sed addo in primis tunc necessarium esse, ut deretur auxilium immedietè sufficiens ad orandum: Ampliatur, vnde vterius dico illud auxilium sufficiens ad orandum, esse etiam immedietè sufficiens ad quietandum peccatum pro eo tempore, vel momento, quo fit oratio, respectu verò temporis futuri, seu ad perseverandum in victoria importunè, aut continuè tentationis, erit tantum remotum: per orationem autem infallibiliter impetrabitur auxilium proximè sufficiens pro futuro tempore, perseverante etiam oratione, si oportuerit. Quoad hoc ergo auxilium necessarium ad vitanda singula peccata, non procedit illud principium quatenus affirmitur, Deum deserere eum, qui se deserit. Et ratio à priori est, quia licet homo deserendo Deum, ex se mereatur deseriri futurum etiam in singulis occasionibus peccandi, nihilominus, quia homini concessit totum huius vita tempus, ut in eo possit salutem consequi, & peccata vitare, ideo ex se nunquam negat auxilium in singulis momentis sufficiens, ut nunquam peccator dicere possit, per Deum abest, Ecclesiast. 13.

Posito vero hoc auxilio ad non peccandum, in eo continetur remotè auxilium sufficiens ad totam salutem, quia si homo cum præsentibus auxiliis faciat, quod in se est ad vitanda noua peccata, semper recipiet maiora auxilia, quibus ad remissionem præcedentium, & ad perseverandum in futurum possit disponi, si velit, iuxta superius dicta. Et ita etiam quoad hanc partem non habet locum illa pars affirmativa dicti axiomatici. Nihilominus tamen, quia sèpe homo malè vtitur illo auxilio ad non peccandum, ideo priuatur vberioribus auxiliis proximè sufficiens ad fidem, vel alia propinquiora opera salutis, ut supra etiam ostendimus. Et hæc verificatur etiam illa pars affirmans quoad auxilia sufficiencia proxima ad salutem, vel ad perseverandum sine peccato, vel ad remissionem præcedentium. Adhibenda vero semper est limitatio supra posita, ut hoc intelligatur quantum est ex merito & dignitate deserenter Deum, nam licet sèpè Deus eo rigore cum peccatoribus vtitur, non vero semper & infallibiliter, nulla enim absoluta lex de hoc lata est, sed sua misericordia & liberè voluntati hoc Deus reservauit, sicut in priori punto diximus. Addi etiam potest, licet Deus non deserat hominem abutentem prioribus auxiliis, quoad auxilia simpliciter necessaria: deserere autem sèpe quoad vberiora etiam intra latitudinem sufficiens, iuxta doctrinam Gregorij libro 11. moral. capite quinto, & Hom. 11. in Ezech.

Ad sextum & vltimum caput & testimonium 34. Augustini respondetur, licet interdum Augustinus exponat illa verba Pauli, *Deus vult omnes homines salvos fieri*, non de omnibus hominibus simpliciter, sed aliusmodi, non ideo id fecisse, quia putauerit nū in Augustino modo velle Deum omnium hominum salutem, sed ut indicaret non eodem modo velle omnes homines salvare, sed quosdam singulare electione, Pauli.

Deus vult  
omnes homi-  
nes saluos  
sieri.

& proposito efficaci velle saluare; & ideo etiam secundum hanc voluntatem interpretari voluit verba Pauli, & consequenter ad illam distributionem omnium hominum explicare. Nihilominus tamen in alijs locis, praesertim de spiritu & lit. capite 33. fatetur Deus ex se velle omnes homines saluare, & ita exponit verba Pauli, ut supra vidimus. Cum ergo in alijs locis indicat quosdam non saluare, quia Deus noluit saluare, in primis verbum illud noluit, purè negatiuè & de sola negatione efficacis voluntatis, seu electionis intelligendum est, ita ut non sit sensus aliquos carere sufficienti auxilio salutis, quia Deus de se absolute voluerit illos non saluare, sed sensus sit, quia aliquos non elegit voluntate absoluta, ideo non praeparasse illis auxilia salutis efficacia & congrua, de his enim illa loca intelligenda sunt, cum quo stat, ut omnibus media sufficientia ex antecedente voluntate saluandi omnes, præparaverit.

## CAPUT XIX.

Virum auxilia sufficientia omnibus homi-  
bus equaliter conferantur ex parte  
Dei, vel unde eorum varie-  
tas, seu inqualitas  
oritur.

1. **D**iximus auxilium sufficientia omnibus equaliter conferri, si periret, ut breuiter explicemus quomodo distribuatur, id est, an ex parte Dei alijs sufficienti omnibus inqualiter detur, & unde contingat, ex parte varijs modis & inqualibus conferri. Loquimur, & an autem de auxilio sufficiente: nam de comparatione ex parte Dei ne illius cum efficaci, & cur quibusdam detur auxiliis omnibus de-

2. **M**atth. 11. *Si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, que sunt facta in te, in cibio & cibare parentiam egissent. Erat ergo auxilium illud de se sufficiente, & in Iudeis fuit tantum sufficiente, quia illi resterant, & in hoc grauiter peccarunt, & tamen illud non est datum Tyris, nec Sidonijs, nec etiam alijs gentibus, nec æquale, sed longe minus. Vnde etiam legimus Act. 14. & 17. Deum permisisse gentes ingredi vias suas, & tempora prioris ignorantie despississe, non quia sine auxilio sufficiente gentes reliquerit, sed quia longe minoria auxilia sufficientia eis tribuerit, quam Iudeis, iuxta id Psalm. 147. Non fecit taliter omninatio. & Rom. tertio. Quid ergo amplius Iudeo est? aut que utilitas circumcisio? nullum per omnem modum.*

3. **P**salms. 147. *Post aduentum etiam Domini nostri Iesu Christi eius gratia non omnibus gentibus est æquale applicata, alijs enim citius, alijs tardius prædicatum est Euangelium. Et in Actis Apostolorum legimus volente Paulo ire ad vnam gentem, prohibiti sum esse à Spiritu sancto, & ad aliam esse misum, Act. 16. nunc etiam maiora gratia auxilia dantur fidelibus Christianis, quam olim darentur gentibus, vel Iudeis, ut ex illo primâ Timoth. quarto: Qui est Saluator omnium hominum, maximè fidem. Colligit eleganter Prosper libro secundo de*

vocat gent. capite 31. alias 10. dicens, Adiuvando autem, maximè fidem, ostendit esse partem generis humani, qua merito fidei diuinus inspirare ad summam, atque eternam salutem specialibus beneficiis promoueantur, in quibus verbis de prædestinatis, ac subinde de efficacibus auxilijs loqui videtur; tamen negari non potest, quin etiam hi, qui ex Christiatis non saluantur, specialibus beneficijs promoueantur, licet ad effectum non perducantur, recipiunt ergo illi maiora auxilia sufficientia, quam infideles, & in rigore verborum Pauli sub illis adaptantur, qui vterius subiungit capite 32. In ipsiusque fidem populis non eadem omnibus, nec paria, (utique auxilia) conferuntur. & hac ratione, ceteris paribus, Christiani, qui damnantur, censentur grauior iudicio & condemnatione digni, quia maioribus auxilijs restiterunt, & inter Christianos ipsos maior pœna sunt digni, qui pluribus auxilijs præveni damni sunt. Itaque de facto ipso, seude auxiliorum sufficientium non solum comparatione efficacium, sed etiam inter se de inæqualitate nulla est controversia. Deradicantem & causa huius varietatis quæstio agatur.

Dixerunt ergo Semipelagiani, Duum quantum in se est, omnibus æqualer prouidere, & de se paratum esse ad danda omnia æqualia auxilia sufficientia; ex parte autem hominum prouidere, quod alij maiora, alijs minora recipient, ut Diversi latè referunt Prosper in Epist. ad Augustinum, & ceteri Hilarius in alia Epist. ad eundem Augustinum, & quod idem Augustinus Epistola 106. & 107. & libro de prædest. Sanctorum capite primo 3, potestque sententia hæc aliquo modo fundari in verbis Sapient. 6. *Puillam & magnum ipse fecit, & equaliter illi cura de omnibus.* quod maximè videtur de supernaturali prouidentia intelligendum. & ratio istud ibi insinuat, quia si eni Deus æqualer est creator omnium, ita etiam decet bonitatem eius, ut cipit sit æquæ omnium Salvator. Item, quia, ut ibidem premittitur, non subiungit personam cuiuslibet Deum, id est, non est acceptor personarum Deus, ut etiam Act. 10. & sepe in alijs locis Scripturæ dicuntur, est autem acceptio personarum & irrationalium discretio, seu electio, si Deus hominibus parte sua omnino æquibus, & in originali peccato æquæ nascentibus, gratia auxilia inæqualiter distribueret sine illa causa, vel ratione ex parte.

Secundò videtur huic sententia multum facere Dionysius capite 9. de eccl. Hierarch. vbi non ex fonte parte Dei, sed ex parte hominum oriri semet, sed quod quidam magis, alijs minus à Deo illuminantur, ipsa (inquit) lucis participatio pro suscipientibus meritis varia sit, scilicet vel magna, obscura, vel lucida, cum tamen radius ille diuinus, vnu ac simplex sit, eodem modo se habeat super omnia semper explicatus. Item Cyprian. Epist. 59. alias libro 3. Epist. 8. sic ait, eis quod omnes sive infantes, sive maiores natu, vnam diuinæ meritis aequalitatem, declarat nobis diuina Scriptura fiducia & infra, sed illic aequalitas diuina & spiritualis exprimitur quod pares & aequales sint omnes homines, quando Deo semel facti sunt. & infra, cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate atque indulgentia paterna aequaliter omnibus præbeatur: nam Deus ut personam non accipit, sed neque etatem, cum se omnibus ad cœlestis regni consequentem aequalitate libera præbeat patrem. & Epist. 76. ad Magnum p. 2. alias lib. 4. epist. 7. Si ies (inquit) omnibus aequaliter nascitur, et si sol super omnes pari & equaliter diffunditur, quanto magis Christus sol & dies verus in Ecclesia sua lumen eterna vite pari aequalitate largitur. Et infra inducit exemplum Manna, quod ab omnibus aequaliter colligi poterat, sic enim ait, *Spiritus natus gratie munus sine annorum discretione, seu acceptio ipsorum*

narum super omnem Dei populum aequaliter effundit. Denique D. Augustinus in i<sup>o</sup> Psalm. 45. Deus in medio eius non commouetur, ait: Quid est, Deus in medio eius habet significatum, quod aequus est omnibus Deus. Et personas non accipit; quomodo enim illud quod in medio est, paria habet? scias ad omnes fines, ita Deus medius esse dicitur aequaliter omnibus confundens.

clieſt. Prīmō ergo inter personas inueniuntur inæ-  
qualitas, quia ad quosdam diuina illuminatio su-  
pernaturalis, & interna vocatio proxima ad hi-  
dem nunquam pertingit, nec per auditum, & nec  
per inspirationem internam: ad alios autem per-  
uenit, & actu confertur. Vtrumque membrum  
per se satis patet, experientiaque comprobatur,  
& in superioribus auctoritate confirmatum est;  
huius ergo discriminis ratio, in his, qui tale auxi-  
lium non recipiunt, ex parte illorum reddenda est,  
tam quia est defectus rei maximè necessaria ad fa-  
ludem, qui non à Deo, sed ab homine prouenit  
primario: tum quia est pœna quædam, quæ sup-  
ponit in homine culpam, tum denique, quia non  
est contra gratiam Dei, sed in favore eius, vt  
ostendatur de se omnibus communicari. Et hoc  
etiam in superioribus latè probatum est; in aliis  
verò quibus tali auxilium actu confertur, prima  
ratio non ex illis, sed ex Deo sumenda est, & ita in  
utrisque compleetur sententia Domini, dicentis,  
Perdiuſ tua ex te, tantummodo in me auxilium tuum.  
& in hoc in primis errarunt Semipelagiani, qui  
non minus causam recipiendi à Deo primum au-  
xilium gratia ponebant in bono vſu liberī arbit-  
rii, quācarentia illius in malo vſu; decepti ve-  
rō sunt; quia homo per se sufficit ad ponendum  
obſtaculum auxilio Dei, non tamē ad promeren-  
dum illud. Inde in statu naturæ lapsæ ratione pec-  
cati originalis illud demeretur quantum est de ſe,  
& ideo quando illi datur, gratis & ex ſolo Christi  
merito confertur, quod non lolum de primo au-  
xilio efficaci, sed etiam de ſufficiente intelligen-  
dum est, ut iam dicam.

Potest enim vriterius hæc inæqualitas inter singularies personas inueniri, etiam in his, qui supernaturale auxilium sufficiens actu recipiunt; nam quidam per illum tantum recipiunt posse, alij recipiunt etiam *rele*, ut Augustinus frequenter loquitur. Quod discrimen non est, per se loquendo, inter auxilia sufficiencia, de quibus in tractamus, sed est inter auxilium sufficiens & efficax, nam auxilium quod dat posse, est tantum sufficiens, aliud autem dans velle, est efficax. Differunt auxilium Regulariter autem credibile est illud, quod est sufficiens, efficax, etiam in ratione sufficiens esse maius, & efficax, an vero super necessarium sit, postea videbimus. In his ergo, in quibus auxilium est efficax, causa prima & principali est voluntas divina; quomodo autem id etiam ex libero arbitrio pendeat, in libro sequenti tractandum est; de aliis vero in quibus est tantum sufficiens, duo distinguenda sunt, unum est, habere tale auxilium, aliud est, quod est tantum sufficiens. hoc posterius habet rationem ex parte ipsius hominis nolentis vrtuali auxilio: ex parte autem Dei non habet propriam causam per se & positiuum, sed tantum permisiuum; quia non vult dare maius, vel congiuntius auxilium, quod pro sua voluntate, sine peculiari causa ex parte hominis facere potest: non facit autem Deus vt illud auxilium sufficiens quod de facto praestat, sit inefficax, sed hoc facit homo vt late in superioribus ostensum est.

At vero illud prius, scilicet habere, seu re-  
cipere tale auxilium (quocundo de tota serie au-  
xiliorum sufficientium, illaque ad primum re-  
lucendo,) non habet causam ex parte hominis,  
sed solum ex parte Dei & Christi, quia illud au-  
xilium etiam si tantum sufficient, est vera gra-  
tia prima, & ideo nullum meritum, vel ratio-  
nem habere potest ex parte hominis, vt contra  
Assisienses sepiissime Augustinus argumenta-  
tur, vrgens illud Rom. 11. Si autem gratia, non  
operibus, aliqui gratia iam non est gratia.  
Ioc enim non minus procedit ex auxilio suffi-  
ciente Rom. 11.

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

cienti, quam de efficaci, quia auxilium præueniens est vera gratia, etiam si illi resisti posuit, & interdum resistatur, ac proinde fit tantum sufficiens, vt aperte colligitur ex Concil. Trident. & Senonii, locis supra citatis. Quapropter, etiam si comparatio fiat inter duos, quorum unus non proximè vocatus fuit ad fidem, alius vero vocatus fuit, sed non consenit, nihilominus dici non potest, hunc fuisse alteri prælatum in tali vocazione propter merita sua, vel propter aliquam bonitatem in ipso inveniatur, magis quam in alio, sed ratio tota in Dei voluntatem remittenda est. Nam licet fieri posuit, vt is qui vocatur, sit minus malus, quam alius, & ideo

J. Tim. I

ratio aliqua sumi posse videatur ad eum modum  
1. Tim. 1. quo Paulus dixit primā Tim. 1. Misericordiam con-  
sequutus sum, quia ignorans feci. Sicque peccatum  
ex ignorantia dicitur esse remissibile, quām  
peccatum ex malitia; nihilominus hæc ratio non  
est propriè motiva, nec causa talis gratiæ, sed  
tantum minus impediens: nec est generalis, nec  
propria, nam Deus interdum vocat duriorem,  
& non eum, qui minus peccauit, & inter-  
dum utrumque, aliquando neutrum; ergo si-  
gnum est hæc facere secundum consilium volun-  
tatis suæ, per altissimas suæ prouidentiæ rationes,  
quas humana fragilitas inuestigare non potest,  
nec debet. Vnde si aliquando potius vocat eum,  
qui ex ignorantia peccauit, quām eum qui ex ma-  
litia, etiam id facit propter suam bonitatem &  
gratiam, non propter meritum hominum, & præ-  
terea quod ille, cui miseretur, minus antea pecca-  
uerit, etiam prouenit ex prioribus rationibus pro-  
uidentiæ suæ, quibus res ita disposita, ut ille mi-  
nora saltæ impedimenta gratia apponere, at-  
que ita non tantum bona, sed etiam quod mala  
minora, vel pauciora sint, diuinæ prouidentiæ  
& voluntati merito tribuitur. quæ omnia quate-  
nus ad finem supernaturalem ordinantur, ad di-  
winam prædestinationem & gratiam aliquo mo-  
do pertinent. & ita saepe de his effectibus loqui-  
tur Augustinus, ut in superioribus allegatum  
est.

9.  
Vaticinas in-  
ter singula-  
res perso-  
nas qui mul-  
ta auxilia  
sufficiencia  
recipiunt,  
& per illa ad  
salutem no-  
perueniunt  
vnde sit.  
Tertio adhuc inter singulares personas, qui  
multa auxilia sufficiencia recipiunt, & per illa ad  
salutem non perueniunt, inueniunt infinita va-  
rietates. Nam quidam recipiunt illa auxilia toto tem-  
pore vita, alij tardius, alij in fine vita: & qui-  
dam plura & maiora, alij minora, & pauciora,  
quidam per illa nunquam iustitiam consequuntur,  
alij interdum perueniunt ad illam; quidam breui  
tempore, alij diu in tempore, licet tandem non perseue-  
rent. In hac ergo varietate aliter de primo auxi-  
lio, aliter de subseuentibus dicendum est. Nam  
quoad primum certum est, in utroque homine  
initium talium auxiliorum, quod vniuersitate da-  
tur, siue parvum, siue magnum sit, esse ex sola  
gratia & misericordia Dei, ut contra Semipel-  
gianos Concilia definitum, & iam saepe dictum  
est, vnde sit, varietatem, quae in primo auxilio  
inueniunt, (nam vni datur maius, alteri minus,) non esse ex diuersitate meritorum ipsorum homi-  
num, sed ex voluntate Dei, nam si neuter illo-  
rum meretur suam gratiam, multo minus potest  
vnum mereri, quod maiorem accipiat quam aliis.  
At verò in posterioribus auxiliis potest illa varie-  
tas oriri ex dispositione recipientium, non natu-  
ralem, sed per cooperationem cum primo auxilio  
sic enim potest homo operans per fidem, aliquo  
modo sequentia auxilia mereri, ut saepe dictum  
est.

ro. Nihilominus tamen hæc ratio huius varietatis nec adæquata est, nec prima: Dico non esse adæquatam, quia non semper Deus dat se.

quentia auxilia iuxta mensuram dispositionis,  
sed saepe maiora. Nam licet verisimile sit nemini negari auxilium, ad quod per prius auxilium  
se disponat, nihilominus saepe dat multo maio- Dicitur  
dat multo  
maiora  
vita duplo  
tuncque  
ra, & sine illa dispositione, vel non obstante  
contraria dispositio[n]e, quia sicut illud pru[er]e  
aliquals iustitiae, ita hoc est misericordia, &  
ad ostensionem diuinae gratiae fit. Dixi etiam non  
esse illam primam causam huius varioratis, quia  
in eo qui melius vtritur primo auxilio, vt im-  
p[re]tret secundum, illud primum non solum est suffi-  
ciens, sed etiam efficax, & hoc ipsum proue-  
nit ex altiori & occultiori gratia Dei, & mera gra-  
uita, atque ita tota causa tandem refunditur  
Deum.

Contra totam autem hanc doctrinam solet obici verbum Christi Domini Matth. 25. vbi proponens parabolam talentorum ait ; hominem illum peregrē eumem distribuisse talenta, vni-  
cuique secundūm propriam virtutem, quasi per propriam virtutem, propria dispositio & meri-  
tum; & per talenta, prima gratiæ auxilia & semi-  
na significantur. Verutamen ne utrum horum est  
necessarium, nam multi Patres per talenta non in-  
telligunt gratiam sanctifican em, neque auxilia  
ad illam expectantia, sed vel gratias gratis das, ut Anastas. Nicenus q. 84. in sacram Scripturam  
vel diuersa Ecclesiæ oficia & ministeria, ut Chrys. Hom. 51. Imper. vel munus prædicandi Euan-  
gelium cum majori, vel minori talento, seu plu-  
ribus, aut paucioribus donis tam natu ræ quam  
gratiæ collatum. Vnde quod additur, secundūm  
propriam virtutem, non oportet intelligi secundūm  
proprium meritum, vel dispositionem, sed secundūm  
propriam capacitatem, nam licet dona, vel  
ministeria gratiæ non debeantur naturæ, nihil  
minus in distribuendis illis, præsentim quandoad  
publica ministeria ordinantur, Deus ordinari  
rationem habet naturæ & ingenij, seu conditionis  
naturalis vniuersi usque; hoc enim ad suam pro-  
uidentiam spectat, & non est contra rationem  
gratiæ, & ideo frequentius seruatur, licet interdum  
ad ostensionem virtutis suæ, instrumentis de se in-  
tritus ad sua opera Deus vtatur.

ptis ad iusta opera Deus iustus.  
Alij denique facilius se expedient, dicentes non  
oportere singulas particulas & verba parabolæ ac-  
commadare, atque ita illa interposita fuisse a Chry-  
sto Domino, quia ita solet ad hominibus fieri, non  
quia Deus in suis donis gratia conferendis semper  
modum ullum obseruet. Addo vltimo, quamus  
sub illis talentis dona gratia sanctificantis compre-  
hendamus, & per propriam virtutem dispositio-  
nem, vniuersiusque intelligamus, non oportere  
intelligi de dispositione ad primum gratia auxiliis,  
nec de dispositione, quæ propria virtute hominis  
fiat, non enim dicitur propria virtus sola illa, quæ  
propriis viribus acquisita est, sed etiam illa, quæ ex  
dono Dei propria recipiens facta sunt, prius enim  
quam homo illa sua bona tradiceret seruis suis, vo-  
cauit illos, & fecit illos suos, per quod recte intelligi  
gimus sermonem esse de hominibus iam vocatis  
ad Ecclesiam, & per fidem Christi seruis effectis, per  
quam etiam diuersi modæ ad dona gratiae recipien-  
tiæ disponi poterunt, ita exponit D. Thomas a. 1.  
q. 2. art. 2. ad 1. Alio-  
rum  
criteriis

Quarto porest hæc varietas auxiliorum conderari in diuersis mundi statibus; & præstern Cordis scriptæ & Evangelica. In quibus certissimum est, antea longè diuersam fuisse gratiæ mensuram, nam in tempore legis naturalis, adeo erat rara fides, & vocatio ad illam, vt non dubitauerit Paulus vocare illa tempora ignorantia, quæ deflexit Deus, dimittens omnes gentes ingredi vias suas, Act. 14. & 17.

& 17. Eamdemque gratia sterilitatem, quæ in gentibus fuit in Epist. ad Rom. latè describit Prosper libro 2. de vocat. gent. capite 23. & inter alia dicit, tunc fuisse parvus & occultus communicatam. At vero de Iudeis iam ostendimus maiorem fuisse illis concessam; tamen in illa eadem lege scripta fuit multò abundantior gratia pro tempore legis nouæ promissa Ierem. 31. Dabo legem meam in iustis eorum, & Ezechiel. 11. Dabo eis cor vnum, & spiritum meum, & capite 33. Sufficiabo super eos pastorem. & capite 36. Spiritum meum ponam in medio vestri. Ista 54. Ponam in iustis filios tuos doctos a Domino, & capite 55. Omnes sicuti venite ad aquas, & infinita similitudin, quæ tempore legis nouæ esse impleta ostendit. Christus Iohann. Sexto, & capite in Euangelio, & Apostoli passim in actibus, & in suis Epistolis. Certum est autem hanc varietatem non esse ortam ex hominibus. Non enim ex operibus instituit que fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos non fecimus.

Ratio ergo tota illius varietatis ex diuina voluntate pendet. Duo autem possunt in illa varietate considerari, vnum est collatio cuiuscumque gratia, sive maioris, sive minoris, & hoc semper sit ex liberali misericordia Dei per Christum; aliud est, eius gratia varietas, seu inæqualitas, in qua duæ sunt partes, scilicet sterilitas & abundantia gratia. Eticet virtus fuerit ex diuina voluntate, diuerso tamen modo. Nam sterilitas, seu parvitas gratia pertinet ad rigorem, & ideo fundamen- tum habuit semper in originali peccato, & additis multis personalibus, ut Paulus expendit Rom. 2. præter rationem autem supplicij fuit etiam medicinalis pena respectu totius generis humani, vt siam indigentiam magis agnoscere, & Christi grasiæ & incarnationem magis admittaret. Atque eisdem rationibus, ob quas iuxeariatio Verbi diuini tanto tempore dilata est, minor fuit in præteritis generationibus gratia communicatio, & cæcitatibus hominum permisso. Vnde est illud Pauli Rom. 11. Concluimus Deus omnia in incredulitate, ut omnium misericordia, & ad Galat. 3. Concluimus Scripturam omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesus Christi daretur credentibus, quod successum temporum factum est, nam post antiquiora tempora copiosior gratia Iudei data est non propter ipsorum meritum, sed propter Christum & in ipsis gloriam, & ex gratuæ electione Dei, vñ Epist. ad Rom. latè Paulus ostendit. Tandem vero in tempore legi nouæ abundantia gratia referuata est, propter eiusdem Christi præsentiam, ut in fine tractatus de legibus latè diximus, atque ita omnis gratia, eiusque abundantia respectu communis generis humani non habet aliam radicem, & causam, præter voluntatem Dei, & Christi meritum.

Vtimum considerari potest hæc varietas suffici- ciunt auxiliorum in diuersis orbis prouinciis & nationibus, quæ maximè cernitur tempore legis Euangelicæ. Nam certum est nationes illas, quibus Euangeliū prædicatum est, maiora sufficiens gratia auxilia receperisse, quam eas, quæ hoc beneficio caruerunt. Videamus autem Euangeliū quibusdam esse citius prædicatum, quam alijs, adeo ut vsque ad nostra tempora à vastissimis gentibus fuerit ignoratum, & nondum ad omnes peruererit. Quod autem non sine speciali & occulta Dei prouidentia, hæc & similia eveniant, ostendit nobis et varijs exemplis. Nam in primis Paulus Rom. 1. dicit se propositum esse ad prædicandum Romanis, & prohibitum esse usque tunc, quod multi Patres de prohibitione per spiritum sanctum intelligunt. Chrysost. Greg. Ambr. Anselm. & alij; item Act. 16. vbi Paulus & Timoth. prius vetiti sunt à spiritu sancto qui verbum Dei in Asia, &

postea cum tentarent in Bithyniam, non permitte eos spiritus sanctus, & postea per visionem admonitus est Paulus transire in Mæcedoniam. & cap. 17. 16. 17. 18. similiter per visionem præcepit illi Dominus, Louque, & ne facias, &c. populu enim nubis est in illis in hac civitate.

Huius autem varietatis prouidentia diuinæ Semipelagiæ conabantur rationem reddere ex operibus hominum à Deo præfatis, nam quibusdam aiebant, prædicatū esse, quia creduntur erant, alii negatū esse, quia non erant creditur; vnde quia rationem reddere non poterant ex operibus aliquando futuris, illam sumebant ex præscientia operum sub conditione futurorum, ut referunt Prosper & Hilarius in Epistolis ad Augustinum, & in suum fauorem eumdem Augustinum allegabant quia in Epistola 49. q. 2. de toto tempore prædicationis Euangelicæ dixit voluisse Christum hominibus apparere, & prædicare doctrinam suam, quando sciebat, ibi esse, qui in eum fuerant credituri. Nec videtur hæc sententia aliena a Gregorius senatu Patrum, nam Gregorius Hom. 12. in Ezech. docet, interdum Deum prohibere verbum suum alicubi prædicari propter auditorum malitiam, qui verbum cum fructu non sufficiunt, & adducunt Act. 22. vbi Paulus refert sibi esse à Domino dictum, Exi velociter ex Ierusalem, quoniam non resipuerunt testimonium tuum de me. Et Homil. 4. in Euangel. eamdem rationem reddit ex præscientia Dei, venisse nimis prædicare tunc Paulum in Asia, ne grauius de contempta prædicatione iudicarentur, prævidebat ergo Deus illos, qui tunc in Asia erant, non fuisse credituros, & ideo Apostolos & socios illuc ire noluit. Eamdem rationem tradit Chrysostomus Hom. 65. in Matth. & Beda verba Chrysost. Gregorij usurpans Act. 16. & exprefse O Ecumenius. In Asia (inquit) & Bithynia vocat spiritus ne verbum Ecumenius. disserit apostoli, præficiunt enim heretici eorum, qui nra. spiritum impugnare, dominacionem illis, qui ibi degenerent.

Nihilominus dicendum est, similiter & absolute loquendo, non possunt rationem primariam & proximam adæquatam huius varietatis ex liberto arbitrio hominum sumi, sed esse occultissimum, & ex diuina voluntate & prædestinatione pendere. Vnde Augustinus libro octuaginta trium questionum, q. 68. circa finem, Hæc (inquit) vocatio, quæ sive in singulis hominibus, sive in populis, sive in genere ipso humano per temporum opportunitates operatur, & profunda ordinatio est, & libro de bonorum perseverantia capite decimoquarto in diuinam prædestinationem id refert, & contra Semipelagianos id conuincit ex illo Matthæi vñdecimo Vt ibi Corozain, & c. nam ibi prædicatum est Euangeliū & facta sunt signa in populis non credituris, & negata sunt Tyris & Sidonius, qui credituri essent, si talia verba audissent, & signa conspexissent. Idemque latissime tradit Prosper in Epistola ad Russinum, vbi inter alia ponderat, in initio Euangelicæ prædicationis non iussisse Apostolos ad prædicandum, nisi quod spiritus Dei eos ire voluisse, & quasdam gentes suo tempore cœpisse gratia Dei esse participes, alia nullum adhuc odo rem boni istius attigisse, totumqnc refert in voluntatem Dei, cuius humanæ non possunt obstatere voluntates. Nam quod istis prædicetur Euangeliū, non potest eorum bonis moribus tribui, vnam bonos & pios mores non conferat nisi gratia, nec quod illis non prædictetur, potest ex præmis eorum moribus nasci, cum multi sicut cœpisse mores, quos non facile possit gratia mutare, si velit. & libro secundo de vocat. gent. capite nono & sequentibus, alias cap. 3. eamdem gratia in æqualitate in multo minoriter expendens, concludit. Quæ iuris iuræ finis harum sub eadem gratia disimilansq; quæ ratiōne

306  
tiones, sanctis Scripturis non loquentibus, quis loquetur;  
& cum eis inscienza Pauli Apostoli à disputatione tran-  
sciat in stuporem, cuius erit tanta presumptio, qui hoc dis-  
tendo existimet aperienda potius, quam silentio miran-  
da.

18. Ratio verò est, quia ex diuersis operibus libe-  
ri arbitrii bonis, aut prauis, non potest prima ra-  
tio huius veritatis assignari, & licet interdum  
possit aliqua proxima inueniri, non potest esse a-  
dæquata, nec prima. Declaratur hæc ratio, quæ  
est fundamentalis in hac materia. Nam in primis

quod Semipelagiani dicabant quibusdam esse ne-  
gatam, vel debitam prædicationem Enaelij,  
quia sub conditione præsumt est, quod licet præ-  
dicaretur, non crederent; quatenus sentiebant il-  
lam esse penam incredulitatis illo modo futuram,  
valde errabant, & sàpè arguuntur ab Augustino,  
quia Deus non punit peccata, quia futura non  
sunt, etiam si essent futura, si hoc, vel illud acci-  
deret, quia hæc simpliciter nihil sunt: quod au-  
tem nihil est, non est dignum poena; imò inter-  
dum est miseratione dignum, & ita inter gratia  
beneficia computatur. Ratiō est ne malitia ma-  
taret intellectum, Sap. 4. vt expendunt Augusti-  
nus epist. 107. Prosp. libr. de ingratia cap. 32. vnde ex

Cap. 4.

Resp.

August.

hoc ipso testimonio reprobatur sufficiens illa  
sententia, qua asserebat Deum punire priuatione  
gratia sua illa peccata, quæ commissurus quis  
esset si viueret, vel si Euangelium ei prædicaretur,  
vt notauit Augustinus epist. 105. & de corrept. &  
grat. cap. 8. & de prædestinatione Sanctorum capi-  
te 14. nihilominus tamen seclusa ratione poenæ  
vel meriti, sàpè verum habet illa ratio, quod Deus  
prohibet alicui genti aliquo tempore prædicari Eu-  
angelium, quia tunc non erant credituri, non tan-  
tem in penam infidelitatis, quæ fuisse futura, sed  
potius ex misericordia, ne contemnendo fidem  
maioris poenæ rei fierent, vt Gregorius & Beda di-  
ixerunt. Hæc verò ratio licet sit aliquando vera, non  
est adæquata, quia interdum prædicatorum fides etiā  
tis, qui priores ea occasione futuri sunt, quorum  
in hoc Deus noluit misereri, & ita tandem in se-  
cundum diuinæ voluntatis reuoluuntur. Similiter sàpè  
prohibetur aliquibus prædicari, propter eorum  
peccata, quæ impedimentum illatura sunt fidei, &  
in penam non infidelitatis, quæ futura esset, si præ-  
dicaretur eis Euangelium, sed peccatorum, quæ  
iam à tali gente commissa cernuntur, nam licet  
Deus posset eorum misereri, & per abundantem  
gratiam illorum mentes commutare, iusto & oc-  
culo iudicio non vult.

19. E contrario verò sàpè Deus inbet alicubi præ-  
dicari Euangelium, præuidens illis esse multos  
credituros, vt aperte dicitur Actorum vigesimo  
octauo ibi, Populus enim mibi multis est in hac ciuitate.  
Tunc verò nec talis prædicatorum est propter bona  
merita in illis gentibus inuenta ante fidem, quia  
nulla talia esse possunt, vt supràlatè probatum est,  
& optimè ostendit Prosper dicta epist. ad Rufinū,  
& Augustin. dicto libr. de prædest. Sancti nec etiam  
propter meritum futura fidei, quia vt præuisitam  
sub conditione nullam habet rationem meri-  
ti, vt dictum est: vt futura autem absolute est effec-  
tus ipsius prædicationis, & auxilii, & ideo  
non potest esse meritum eius: fides ergo, quæ  
futura esse præuidetur, vt effectus gratiae præ-  
uidetur, & propter illam tamquam propter finem  
a Deo intentum tale auxilium confertur. Et in  
hoc sensu illa ratio reddi potest, aliquando ut  
causa proxima in illo genere talis beneficij, non  
tamen potest esse ratio adæquata, quia sàpè Deus  
præuidet gentem credituram, si ei prædicetur fides,  
et tamen ad illam Prædicatores non mittit,  
sicut in Tyris & Sidonij videmus. Quapropter

nec illa potest esse ratio prima, sed recurrentum est  
ad diuinam voluntatem, quæ ita voluntatis sua  
dona distribuere, & in hoc sensu approbat illam  
rationem, & explicuit quod contra Porphyrium  
scriperat Augustinus libro de prædest. Sanctorum  
capite nono. Additam potest ex eodem Augusti-  
no libro de dono propter perseverantia capite nono, tunc  
maxime eis prædicari Euangelium, qui prouiden-  
tur credituri, quando illi sunt prædestinati, & ad  
salutem electi: nam propter electos maximus Deus  
suum gratiam communicat. Vnde fieri potest ut  
propter paucos electos prædicetur Euangelium,  
vbi plures sunt epugnatur, & tunc occasione ele-  
ctorum, quibus datur auxilium efficax, datur reli-  
qui & auidentibus auxilium sufficiens. Et adhuc  
modum ex hac radice adæquata ratio redditur hu-  
jus mirabilis varietatis prouidentia diuinæ, quantu-  
m in hac vita iuxta diuinam Scripturam conve-  
re possumus.

Ad argumenta ergo Massiliensium respondeo.  
Ad primum dicunt, verba illa Sapientis, *Equa-  
tus illis cura de omnibus*; solum significare aequalitatem  
in universalitate, quia omnium rerum, nulla ex-  
cepta, habet prouidentiam Deus, & in hoc etiā  
dani aequalitas, quia sunt res magna, sive mi-  
nima, omnium in particula, & in individuo ha-  
bent prouidentiam. Nihilominus tamen quod est  
fectus prouidentia & modus eius, est varietas  
diuinæ prouidentia, vel iuxta Dei arbitrium, velle  
cundum proportionem & vnicuique conuenientem  
rationem, & hoc modo dixit Paulus, Corin-  
thi. 9. *Numquid de bonis cura est Deo?* non quia nullus est,  
sed quia non talis, quem habet de hominibus, vel  
de Prædicatoribus Euangelicis, de quibus Paulus  
ibi tractabat. Deinde dicitus sermonem Sapientis  
ibi esse de iustitia, in tribuendis pomis, dixerat  
enim, quod Potentes potenter tormenta patiuntur, & ideo  
adduxit rationem, quod Deus non accipit per-  
nas, & quod pufillum, & magnum ipse fecit, quia  
in negotio iustitiae & aequitatem seruat, atque ita a-  
equalitatem etiam seruat utique iustitiae. At vero in  
nego 10 gratia non optaret, vt seruat equalitatem,  
quia non vti iudex, sed vt Dominus absolutus illam  
confert, & ita licet maiorem, vel minorem tribuat,  
non accipit personam, nec tenet quos aequaliter  
creatur, & aequaliter gratificare, quia sunt bene-  
ficia diuersorum ordinum, quamquam etiam in  
ipso ordine natura plura etiam beneficia quibusdam  
conferat, quam alios, solum quia vult, cetera  
ita volunt causa vniuersi disponere. Et hoc est  
quod Paulus dixit Roman. 9. esse in potestate filii, &  
ex eadem massa facere unum vas in honorem, &  
aliud in aliud inferiorem vsum. Ad secundum ref. Augu-  
stini, testimonia illa Sanctorum intelligenda co-  
esse iuxta priorem modum aequalitatis, quia Deus  
ex se nemini gratiam suam negat, & omnibus  
lambat offert aequaliter, id est, nullo excepto, seu  
equaliter quantum ad gradum sufficien-  
tia, in latitudine autem illius non ne-  
gat, date illam copiosiorem in ma-  
iori, vel minori, secundum  
consilium voluntatis  
sue, & diuidens fin-  
gulis prout  
vult.

## CAPUT XX.

## De concordia liberi arbitrij cum necessitate sufficientis auxiliis praecipientiis.

Hic est velut scopus totius disputationis huius libri, & ideo licet resolutio puncti in hoc titulo propositi ex discurso totius libri in manifestat, utile nihilominus erit eam breuiter proponere, & totius libri doctrinam velut in summanam colligere. Libertas ergo arbitrij duas includit partes, seu potestates, ut supra dixi, scilicet potestatem agendi, & potestatem non agendi, seu oppositum faciendi. Vnde duo repugnare videntur vii libertatis, videlicet impotentia actum faciendi, & necessitas faciendi, seu, quod idem est, impotentia supponendi actum, vel faciendi alium repugnare. In praesenti ergo nulla est difficultas de concordia auxiliis sufficientibus cum libertate arbitrij ex sua parte, quia requirit potestatem non agendi, quoniam hanc ipsam requirit auxilium sufficientis, quatenus tantum, seu praeceps est sufficientis, quia illud dicitur auxilium sufficientis, quod licet de potestate in re, non dat agere, aut velle: nec per se postulat ut illud de infallibilitate, & ideo optimè componitur auxilium sufficientis; non solum cum potestate non agendi, sed etiam cum ipsa carentia actionis. Ex hoc ergo capite non est in praesenti difficultas, sed illa pertinet ad auxilium efficax, & in lib. sequenti tractabitur. Difficultas ergo praesens est de concordia sufficientibus auxiliis cum libertate arbitrij, ex ea parte, qua potestatem faciendi requirit.

Ad difficultatem ergo explicandam oportet velutius aduertere, aliud esse loqui de efficacitate auxiliis sufficientibus, quam de se, seu in actu primo habet, aliud de necessitate talis auxilii. Nam tale auxilium ratione sua efficacitatis tantum abest, ut repugnet libertati, ut potius compleat illam, si aliqui tale auxiliu necessarium sit ad operandum, ut ipsaratio sufficientis auxiliij includit, & nomen indicat. Dicitur enim auxilium sufficientis, quod dat posse: nam si supponat posse, solum dabit facilis posse, & ita iam non erit tantum sufficientis, sed abundans, sicut habitus acquisitus non est tantum auxilium sufficientis, sed plusquam sufficientis, & augens virtutem agendi, alias sufficientem. Auxilium autem gratia quod praeceps dicitur sufficientis, non supponit sufficientem potestatem, sed dat illam, & ideo merito dicitur completere libertatem arbitrij ex ea parte, qua libertas potestatem agendi requirit. Vnde etiam nulla est difficultas in concordia talis auxiliij positi in potentia cum eius libertate. Difficultas ergo solum esse potest in carentia talis auxiliij, supponita eius necessitate. Nam si necessarium est, fine illo non est potestas agendi; ergo nec integralis libertas: sive autem contingit deesse tale auxilium, sicutem propter hominis impedimentum: ergo tunc actio & omissione non est libera; in contrarium verò est, quia non obstante carentia auxiliij, actio, vel omissione imputatur ad culpam; ergo est libera.

Tertiò ad hanc concordiam explicandam necessarium est libertatem agendi considerari in ordine ad singularem actum cum determinatione omnium circumstantiarum & conditionum, quæ hic & nunc ad agendum requiruntur; dñobus enim modis possumus loqui de potestate agendi, & non agendi, vno modo in confuso respectu aliquius multitudinis actionum, vel omissionum, quæ non

simil, sed successuè occurunt, & dicitur homo posse, vel non posse seruare omnia præcepta, vel vitare omnia peccata collectiue longo tempore: quia potentia & impotentia non consideratur in singulis actibus, nec in aliquo particulari, sed in toto illo cumulo, vnde magis est potestas continuandi, vel perseverandi, quam simpliciter agendi, vel non agendi. Alio modo consideratur potestas hec in ordine ad singularem actum hic & nunc in tali materia, & cum talibus circumstantiis faciendum, vel vitandum. Dicimus ergo libertatem arbitrij esse hoc posteriori modo considerandam, quia actiones sunt singularium, & cum omnibus ad singularem requisitis exercentur, & ideo actio libera exercetur, & vñus libertatis in sola tali actione cernitur, & locum haberet respectu verò obiecti confusi, seu multitudo in actuum collectiùs sumptorum in tantum erit potestas libera, in quantum in singulis actibus liberè possit exerceri, quia non exercetur libertas immediatè circa totam collectionem, sed ratione singularium, & significatim circa vnumquemque, vnde fieri non potest ut sit libertas ad collectionem totam, si vel in uno singulari actu defit; & contrarioverè accidere potest, ut detur potestas libera ad singulos, & nihilominus, quod simpliciter non possit totam collectionem indecibiliter explore, non physica impotentia, sed morali, ut in libro 1. explicatum est. In praesenti ergo auxilium verè sufficientis considerandum est. Considera in ordine ad singulos actus in particulari simptos. sufficientis in nam si rale fuerit, hoc satis erit ad illius cum liberatio ad concordiam: etiam si forte secundum potest singulos a statem moralem illud non satis sit, ut possit homo status in partim simpliciter, & moralem totam aliquam collectionem nem actuum continuata serie efficiere, quia talis impotentia potest esse, ut dixi, cum arbitrij libertate, ac proinde etiam esse potest cum auxilio sufficienti ad liberum vñum: an verò ex diuina providentia aliter detur, necne, lib. tractando de perseverantia, dicimus.

Tandem sunt duo effectus liberi, ad quos necessarium esse potest auxilium sufficientis, vnum est, Effectus ad vitare aliquod peccatum, sive non violando ne- quos auxiliatum præceptum, sive implendo præceptum solum suffi- affirmatum: aliud est efficiere aliquem actum su- ciens potest pernacularem, ut talis est, sive fiat ex præcepto, sive esse necessaria non, & sive ita fiat, ut possit quantum sine peccato, vel ad vitandum peccatum necessarium sit, semper enim ad talen actu efficiendum est auxilium gratia necessarium, vnde potest etiam distinguiri ne- cessitas auxiliij sufficientis ad hunc, vel illum effectum; nam ad primum interdum requiritur per se ut in vitandis peccatis contra præcepta supernaturalia affirmativa, interdum in casu, & quasi per accidens ad extrinsecam difficultatem, ut in implendo præcepto naturali tempore gravitationis, vel difficultatis. Ad posteriorem autem effectum requiritur per se propter excellentiam talis actus: & ideo ad hunc posteriorem effectum requiritur auxilium per se supernaturale: ad primum autem sufficere potest speciale auxilium gratia, etiam si naturalis ordinis sit, quia omnia ex dictis in superioribus manifesta sunt.

His ergo positis due regulæ sunt constituenda. Prima est quoties occasio peccandi in particulari prima. occurrit, & homo non potest in tali punto & Regula. momento peccatum vitare fine auxilio Dei, illi adest sufficientis auxilium quo posse non peccare, Conciliat & hoc modo conciliatur libertas arbitrij ad non peccandum cum necessitate auxiliij, ad cauendum arbitrij ad non peccatum. hanc sumo ex doctissimo Berlarmino, peccandum 2. de grat. & li. arb. cap. 7. & in superioribus fatis est cum nec- probata, quia si homo sua virtute non potest vitare peccatum, & diuina non illi adest, simpliciter non vñendum potest,

peccatum,  
ex Bellar-  
mino.

August.

potest, nec per se, nec per aliam: ergo non erit liber ad vitandum peccatum; ergo ut sit liber pro tempore, vel momento, necesse est, ut pro eadem illi adsit auxilium. Confirmatur, nam si nunc homo faciat, quod vitare non potest, etiam illud de se sit malum, & peccatum materialiter, homini non imputabitur ad culpam, iuxta doctrinam Augustini, neminem scilicet peccare in eo, quod vitare non potest libro 3. & libro 18. & 19. & libro 1. de peccat. merit. & remiss. capite 35. ergo signum est, tunc hominem non fuisse habiturum liberum arbitrium ad vitandum actum, si careret sufficiens auxilio; non enim ob aliam causam actus non imputaretur ad culpam; ergo cum est contra iocum actum imputari, necesse est dicere, auxilium non deesse, & ita fieri concordiam inter libertatem & auxilium necessarium; & hoc modo illa duο conciliant Patres communiter, Innocentius in Epist. ad Concil. Milevit. & Catthag. Celestinus in Epist. ad Episcop. Galliæ capite 6. Leo ferm. 6. de Passione Domini. Hieronymus in Epist. ad Cresiphontem, Augustinus 2. de peccat. merit. capite 17. & lib. 5. contra Julian. cap. 5. & Chrysost. Hom. 16. ad Hebreos, & alij suprā citati.

Aliorum o-  
pinio.

Dicunt vero aliqui hoc fore verum; si talis carentia auxilij non sit ipsi homini libera saltus in causa; secus verò esse quando ipse per actum liberum fuit sibi causa carentia talis auxilij, tunc enim simpliciter illi imputatur peccatum. Et consequenter liberè illud committit, non obstante impotentia illa, quia illamet voluntaria & libera est; sed hoc intelligi potest vel de culpa quæ iam præcessit, & postquam commissa fuit, iam non est in potestate hominis, quin fuerit commissa, licet duret sine noua culpa, vel de culpa quæ committitur, quando homo caret sufficiens auxilio.

Respondetur.

Augustini.

Idem.

Ecclesiast. 15.

6.

In priori sensu falsa est responsio, nam licet homo liber & culpabiliter inebrietur, nihilominus dum iam est ebrius, non habet summi libertatis, quia sic dispositus est impotens ad ratione utendum pro tempore, & ideo quia tunc agit, vel non sicut peccata vlo modo si inincubiliter non fuerunt prævia, veletiam si fuerunt peccata in causa, iam tunc non sicut noua peccata quæ imputentur, quidquid sit de quatione an possint denominari peccata à præcedenti culpa, quia solum est de modoloquendi, & ad rem præsentem nihil refert, quæ est doctrinæ Augustini lib. 22. contra Faustum cap. 4. & 78. & sumitur etiam ex alijs locis suprā allegatis, estque trita & cōmuni in Theologia: in præsenti autem supponit hominem tali occasione peccandi non excusari agendo id quod malum est, quia, ut recte dixit August. tract. 53. in Ioann. gratia necessitas non est ita defendenda, ut per eam excusetur peccatum, contra illud Ecclesiast. 15. Ne dicas, per Deum absit.

In posteriori autem sensu, vel inuoluitur repugnantia, vel nullâ, etiam est responsio, quia si homo dicitur carere hic & nunc in tali occasione sufficiens auxilio ad non peccandum, quia actu peccat, vel hoc intelligitur de hoc eodem peccato, ad quod vitandum non habet sufficiens auxilium, vel propter aliud ordine naturæ prius. Primum inuoluitur repugnantiam, tum quia supponit hominem peccare in eo, quod vitare non potest, quia ad id non habet auxilium sufficiens, tum etiam, quia prius est habere, & non habere auxilium sufficiens, quæ peccare, & non peccare, quia sicut potentia est prior actu, ita necesse est, ut auxilium sufficiens, quod dat posse, præcedat, vel ad vitandum peccatum si homo veit, vel ut possit ei imputari peccatum, si nolit; ergo non potest ipsummet peccatum, quod committi dicitur sine sufficiens auxilio, esse

causa, velratio carentia talis auxilij. Non debet fortasse qui respondeat huc intercedere prius & posterius in diuersis generibus causarum, nam et peccatum, velratio carentia auxilij, permodum dissoptionis, vel demeriti: carentia autem procedit in genere causæ non impedientis, quæ ad officientem reducitur.

Sed hæc doctrina propter generalē difficultatem quam habet, de qua in fratre in materia deuotiatione huc applicata inuoluit repugnantiam, quia si defectus auxilij sufficiens præcedit in genere causæ efficientis, eo ipso destruit rationem culpæ, & demeriti in sensu subseqente, & deo impossibile est, ut talis actus præcedat ratione præsumptionis demeritorum talis auxilij loquendo enim de eodem peccato, impossibile est ut idem actus naturaliter malus, qui sequitur carentia auxilij, sit ratio, seu causalitas præsumptionis auxilij, si vero contingat in eodem momento præcedere in homine aliud peccatum, natura prius, tunc ad illud reuocanda est quæstio: oportebit enim ut ad illud prius peccatum vitandum præcedat sufficiens auxilium, nam si non præcedat, iam illud peccatum non liberè fieret, & consequenter non esset peccatum: si autem præcedat illud auxilium, quod est proximè sufficiens ad vitandum subsequtum peccatum, nam si homo bene viceretur prior auxilio vitando prius peccatum, recipere auxilium sufficiens proximè ad vitandum peccatum posterius, & hoc facit est ut peccet, quia sua voluntate carerit proximo sufficiens auxilio. Hæc tamen moraliter humano modo non contingit in vno eodemque momento, sed in successione aliqua, licet interdum brevis sit, ut mox explicabitur.

Ex quo inferunt aliqui regulam postam necessariò intelligendam de auxilio proximo ad non peccandum, sed sufficiere, ut sit remotum. ha simpliciter affirmat Bellarminus supra. Vident autem intelligendum, si regula non tantum de præsenti tempore & momento, in quo peccatum vitandum est, sed etiam de aliquo futuro tempore, in quo tentationi resistendum est, intelligatur. Nam si præcisè loquamus de tempore pro quo vitandum est peccatum, semper auxilium proximè sufficiens adesse oportet, quia illud quod dicuntur remotum, tale esse oportet, ut per illud statim homo possit vitare peccatum quæcumque per illud auxilium operatur, & habens illud auxilium si fuerit necessarium ad vitandum subsequtum peccatum in illo puncto, vel tempore quo vitare necesse est. Declaratur exemplo, quia non semper tempora tentationis statim recipit homo auxilium, quo imme-  
diatè tentationem vincat, sive enim oportet prius orare & auxilium impetrare ad resistendum tentationi, ut docent Pontifices locis citatis, & Concil. Trident. capite 11. dicens. Deus ruit facere quod possit, & petere quod non possit, & adiuuat ut possit. ex Augustino libro de nat. & grat. cap. 34. Ideoque in Oratione Dominicâ petimus, & ne nos inducas in tentationem, & Matth. 26. dixit Christus, Vigilate & orate ne intriet in tentationem. Ut ergo homo verbi tunc liber ad non peccandum, necessarium est, ut illi eomet tempore homo habeat actuale auxilium sufficiens ad orandum sicut oportet, ad obtinendum aliud auxilium quo posset resistere tentationi. Nam si tale auxilium non habeat, non erit licet & nunc simpliciter liber ad orandum, ut mox dicemus & consequenter, nec habebit auxilium sufficiens proximum, vel remotum ad resistendum tentationi.

Ex quo etiam sequitur, ut illudmet auxilium sufficiens ad orandum regulariter sit etiam proximè

mē sufficiens ad vitandum peccatum pro illo tempore, pro quo quis orat, quia dum actu quis orat, petendo auxilium contra tentationem, non peccat, sed pro tunc resistit tentationi, alioqui non verē & ex corde oraret. Et ideo licet respectu vīctorī postea de tentatione obtainēdā, auxilium illud orandi posse dici remotum respectu resistētā, quia sic eodem tempore, quo oratur, auxilium ad orandum est etiam proximum ad peccandum dum quis illo bene vīrit orando. Et ideo si pro tūc orare omittat, eo ipso peccabit, licet non tam contra preceptum orandi, quam contra illud preceptum pro quo seruare orare tenebatur, quia ex eodem data fuit obligatio orandi, quia oratio erat tūc vīlū mediū necessarium ad resistendum tentationi. Quod si continget hominem propter orationem prius omissem in posteriori tempore priuari auxilio, fine quo iam non posset resistere tentationi, sunc re vera non imputaretur lapsus ad uouam culpam, vel culpe augmentum, sed imputaretur tantum ratione prioris omissons, nam reliqua sequuntur ex necessitate, & fine noua libertate, posita illa hypothēsi, tamē non admittimus, nisi in illo casu, in quo vīlū rationis absorbeatur, & consideratio mali tanta sit, vt non sit iam in potestate hominis applicare mentem ad considerandum & resistendum: nam si homo sit compos sui, & intellectū applicare ad considerandum valeat, numquam desistitur auxilio sufficiētē ad vitandum saltem singula peccata pro qualibet definita occasione, ut in regula dictum est.

Sed obīci tandem potest, ut regula magis explīetur, quia vel est sermo de auxilio sufficiētē ad vitandum peccatum, vel vīcendam tentationem, pro aliqua mora temporis, vel tantū pro singulis momentis cuiuslibet temporis. In priori casu non videatur necessaria regula, quia licet homo desistatur sufficiētē auxilio necessario ad non peccandum pro aliqua mora temporis, resistendo considerante opportūnū tentationi, nihilominus poterit esse simpliciter liber ad non peccandum, quia pro singulis momentis potest restituere hanc libertatem, & ita non habet locum regula, quod ad concordiam libertatis cum necessitate auxiliū sit necessaria p̄fētia auxiliū. In posteriori autem sensu regula nec vera, nec necessaria videtur, quia licet in singulis momentis homo desistatur omni auxilio speciali gratia, si retinet vīlū rationis, est liber ad non peccandum; ergo non est necessarium auxilium actu collatum ad concordiam cum libertate.

Respondeamus hīc non disputari à nobis quād, aut quomodo sit necessarium aliquod speciale auxilium gratia ad non peccandum, de hoc in primo & secundo libro satis dictum est, sed supposita necessitate auxiliū, explicamus quomodo conferri debet, ut cum libertate subfīt. Dicimus ergo, regula intelligi de singulis temporibus & momentis, pro quibus vitandum est, nam si libertas exercetur, declarauī, & in hoc sensu dicimus regulam esse veram ac necessariam. Prīmo quidem ac propriè propter peccata supernaturālibus p̄ceptis contraria, quæ nec pro singulis momentis vitari possunt sine ipeciali auxilio gratia, tempore obligationis p̄cepti, vel temporis grauis tentationis, quoniam non vītantur etiam pro singulis instantibus, sine voluntate supernaturāli. Secundō propter peccata contraria legi naturali, non tamē ita propriè, quia si ratio pro singulis instantibus potest sit vīgilare ac considerare in rigore, per hoc solum considerabitur libertas arbitrij ad non peccandum, nihilominus tamen s̄pē tempore tentationis necessaria est aliqua speciali gratia, ut talia peccata in singulis momentis possent libe-

Fr. Suarez de Gratiā Pars I.

re & humano modo vitari. Ad hoc tamen sufficiet pro singulis instantibus protectio extrinseca, per quam non permittitur homo ita premi tentatione, vt rationis vīlū perturbet. Posita autem hac moderatione, si tentatio sit intenſiū grauis, & diuturna, necessaria erit specialis excitatio saltem ordinis naturalis, vt homo possit absolūtē talem tentationem vincere, non tamen ut simpliciter maneat liber, iuxta ea quā in lib. 2. diximus.

Secunda regula sit, vt homo sit proximè & immediate liber ad actum supernaturālē efficiētē, necessariū est, vt sit actu praeuentus per auxilium proximē sufficiētē ad talem actum faciētū: vnde concordia inter necessitatē auxiliū sufficiētē & libertatem hominis ad supernaturālē actum faciētū, in hoc polita est, quod vīcūnque & quoties necessaria est homini tam plena & proxima libertas, illi etiam datur actu auxilium sic sufficiētē. Hanc regulam sumo ex Concilio Se-

Concil. Sen.

Regula se-  
cunda.

nonēs. in decretis fidei cap. 15. dicente. Nec tamen tanta gratia necessitate liber p̄ejudicat arbitrio, cum illa semper sit in promptu, &c. Ratio vīrō regula est suprā tacta, quia auxilium sufficiētē dat posse facere actus supernaturāles; ergo sine illo non est potestas ad faciētū; ergo ne libertas, ergo seruata proportione sine auxilio proximē sufficiētē, non est proxima potestas, nec libertas ad eundem effec-  
tū. Nam in his necessitate est proportionem ser-  
uari, quia sine potestate non est libertas, nec sine auxilio sufficiētē potestas: vnde sit ut homo non excitatus, nec praeuentus actu à Deo, in eo statu non sit proximē, seu integrē liber ad actum sup-  
ernaturālē efficiētū, quia non est proximē potens: non enim potest esse maior libertas, quām potestas, vt in prolegomeno primo fā-  
sē declaratum est. Quod autem non sit proximē potens, pater, quia non habet formam, per quam constituatur proximē potens: sicut aqua nondum calida non potest dici proximē potens ad calefaciētū, iam vīrō calefacta rectē dicitur proximē sufficiētē, ita ergo est voluntas nondum excitata, nec praeuentus per gratiam.

Instansia.

Dices: ergo homo natura sua antequam gratiam aliquam recipiat, non habet liberū arbitrium ad opera supernaturālia, seu pietatis, consequens videtur omnino falso: ergo non est necessarium auxilium sufficiētē gratia ad libertatem arbitrij. Sequela clara est, quia si gratia sufficiētē est velut forma constituens hominem liberum ad supernaturālia opera facienda, certē ante illam formam non habet libertatem ad illa opera. Falsitas autem consequens probatur, tum ex Augustino lib. de Ang. spirit. & liter. cap. 33. dicente voluntatem natura-  
sua esse vim mediā ad p̄dem & infidelitatem, tum etiam, quia libertas arbitrij non potest dari per formam extrinsecam, alia bruta posset per super-  
naturālē aliquam formam libertatem oper-  
andi accipere: tum præterea, quia alia homo non peccando amitteret liberū arbitrium, quia gratia amittit, imo quoties à Deo non accipit ex-  
citatur, careret libertate ad actus supernaturāles.

Respondeo, triplicem libertatem in homine distinguen-  
do libertatē omnino re-  
motam, seu remotissimam, par-  
tē remotam, partē proximam, & simpliciter manū; par-  
proximam.

Omnino remotam, & quasi funda-  
mentalem voco illam, quā est in homine ex con-  
ditione naturā sua, eo ipso quod propter rationis proximam,  
vīlū habet voluntatem quā sit diuina suorum a-  
& simpliciter proxi-  
mum, & indifferens ad volendum, vel nolentem.  
Omnino re-  
motam quā.  
Aug. 1.

Ce ficien-

efficiendos sicut dixit Augustinus lib. de prædest. Sanct. cap. 5. posse habere fidem sicut posse habere charitatem naturam est hominum: habere autem fidem, quem admodum habere charitatem gratie, est fidelium. Et hoc etiam ostendunt rationes factæ in præcedenti obiectione ad probandam falsitatem consequentis, quod quidem intellectum de libertate haec radicali & remotissima falso est, sed in eo sensu non sequitur ex regula, ut dicemus. Hæc autem libertas naturalis in ordine ad supernaturam opera in duobus consistit. Primo in virtute quasi generali intelligendi, amandi & liberè operandi, nam illa vis ratione sui generis est inchoata quædam potestas actiua saltem obedientialis ad intelligendum, amandum, & liberè operandum supernaturaliter. Secundo consistit in capacitate etiam obedientialis passiua recipiendi supernaturales vires, & auxilia, quibus illa vis compleri possit ad liberè operandum in supernaturali ordine. Vnde etiam constat cur hanc libertatem remotissimam appellemus, nimirum quia partim consistit in capacitate passiua, quæ est valde remota respectu liberi usus, qui est proprius virtutis actiua, partim consistit in via actiua, quæ ut est ad agendum tales actus, est omnino remota, & obedientialis, solumque inchoata, & quasi partialis, licet ad agendum semper sit per se sufficiens. Vnde sit libertatem quoad hunc infinitum gradum, non pendere ex aliqua gratia actu collata, sed tantum ex possibiliitate gratiæ. Et ideo hæc libertas omnium hominum est, licet non omnium sit gratia, sicut Augustinus dicit cap. 5. de prædest. Sanct. dixit. Non omnium est fides, cum posse habere fidem sit omnium.

Remotam libertatem ad opera supernaturalia, & quasi mixta appello illam, quæ præter innatam & radicalem vim rationis & voluntatis, iam est aliquo modo completa per aliquid supernaturale auxilium in ordine ad aliquem actum supernaturalem, saltem imperfectum, nondum tamen in ordine ad actum perfectum, respectu cuius dicitur illa libertas remota, quia nondum includit totam virtutem actiua supernaturalem ad tales actum proximè necessariam. Et tamen minus remota, quam præcedens, tum quia iam includit aliquam virtutem actiua in ordine supernaturali: tum etiam, quia in priori statu remotissima libertatis reliqua necessaria ad usum talis potestatis solum sunt in capacitate passiua hominis, & ex vi illius libertatis non potest homini imputari, quod illa habeat, vel non habeat, sed tantum voluntati Dei. At vero in secundo statu remota libertatis iam est aliquo modo in potestate actiua hominis compare, vel impetrare id, quod ad proximam libertatem sibi deest, id est que potest illi imputari, si illud non habuerit, ut potest non bene utatur illo priori auxilio iam recepto. Est igitur minus remota, magisque propria libertas: si quis autem attente consideret, quæ in superioribus diximus, faciliter intellegit hanc libertatem remotam respectu aliquius actus semper esse proximam respectu alterius, qui sit via ad obtinendum maiorem vim efficiendi vi- teriorem actum, quia donec aliquis actus liber sit hoc

modo in proxima potestate actiua hominis, semper est in potestate merè receptu integræ libertatis, saltem ex parte, & inde semper est in actu remotissimæ libertatis. Ergo nunc solum dici potest quod habere aliquem actum in sua potestate libera saltem remotè, quando proximè habet in eadem libertate alium actum, qui sit via ad viam ad viam.

Proxima ergo libertas simpliciter ad supernaturalem actum erit, quando homo habuerit in se receptam vel aliquo modo in manu sua positam totam gratiam necessariam & sufficientiam ad efficiendum talum actum, si velit. Quod enim talis status sit proxima libertatis manifestum est, quia nihil est amplius, quod exspectetur; & quia tunc iam est potentia completa disposita cum omnibus requisitis ad agendum. Quod vero ad hunc statum tota illa gratia sit necessaria, ex ipsa definitione potentia libera ostendit potest, talis enim esse debet ut positis omnibus requisitis ad agendum, possit agere, vel non agere. Item quia siue tota illa gratia nondum voluntas habet simpliciter posse operari talum actum, ergo nechaber proximam ad illum libertatem. Et de hac potestate intelligentium est quod dicit Augustinus lib. 1. Retract. cap. 22. In potestate hominis est mutare in nichil vitam, sed illa potest nulla est, (utrique completa & proxima) nisi actu deo, de quo scriptum est: Dedit enim potestem filios Deum, & de eadem libertate proxima intelligentium quod idem August. alibi dicit, liberum arbitrium ad amandum Deum peccatum granditer perdidimus. utique quod proximam potestem, quæ est per gratiam & auxilium, cuius indigni per peccatum facti sumus, nisi per Christum fuisset reparatum. Et ideo lib. de Grat. Christi cap. 50. non amissam potestem, id infirmam & enervem factam esse per peccatum naturalem possibiliterem, dicit ex sententi Am. brosij. Et hoc est (inquit Augustinus) per peccatum in natura, cui sola per mediatorem Dei & hominum, & omnipotentem medium diuina subuenit gratia.

De hac ergo proxima libertate procedit regula posita, & contra illam sic intellectum non procedit obiectione, ut facile ex dictis patet: diligenter ergo sequela; nam si intelligatur de libero arbitrio remotissimo, & radicali, negatur sequela, si de proximo, conceditur, nec contra hunc sensum procedunt fationes, quibus falsitas consequens probatur, nam Augustinus dicit loco de spirit. & lit. loquitur de virtute remota, & radicali liberi arbitrij, & hæc eadem non potest dari per formam extrinsecam: potest autem compleri, & in perfecta potestate constitui, & quia bruta omnino carent hac libertate etiam remotissima, ideo non sunt gratiæ capacitas: per peccatum item non perditur radicalis libertas, perdi autem potest proxima potestas, quatenus perditur gratia, & possit tolli omnino auxilium gratiæ, si dignitas peccari consideratur: de facto autem non priuatur homo omnibus auxiliis gratiæ propter peccatum, & ideo proximam libertatem ad ipsius operandum non amittit.



LIBER